
NAZIONALE
VITT. EMANUELE
13
8 A
39

PROCESSVS INFORMATIVVS

SIVE DE MODO FORMANDI PROCESSVM INFORMATIVVM BREVIS TRACTATVS

TRANQVILLO AMBROSINO Senogalliense I.C. Auctore.

Cui nuper accesserunt doctissima quædam Francisci Bernardini Mediolanensis I.C. Scholia, suis quæque locis, ac demum editione inserta.

Adiectæ sunt Decis. Crim. Prosperi Farinacij I. C. Rom. ex tit. de Indicijs, & tortura valde necessariæ.

EDITIO POSTREMA innumeris mendis expurgata.









ROMAE, Typis Michaelis Herculis. MDCLXVII.

Superiorum Permissu.



ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO

IACOBO DE TASSIS

ROMANO

Vtriusque Signaturæ Sanctiss. D.N. Papæ Referendario, &c.



RDET nouam in lucem erumpere, Vir Illustrissime, opus tibi non ignotum, & nomini iam tanto assuetum, eodem insigniri rursus indiget. Ego verò typis illud meis tradere meritò subterfugerem, nisi tu adesses, quem licet sperare beneuulum Mæcenatem. Te voco fateor exiles ad curas, Virum

ſcilicet primarijs Eccleſiæ Vrbibus intentum, ac multiplicibus Romanæ Curiæ muneribus ſumma cum laude vacantem; Sed magnum hoc ipſum, eſt, ingentes animos infimos ad gradus quandoque deduci. Quod vtique nec ab ipſo lucis principe altiſſimo ſole alienum eſt: quippe qui Apogæo nunquam ſuo excedens, perigæo ſuccedere nõ detrectat, paruos quinetiam fontium in latices ſeſe inſinuat, ac latet quodammodo inſepultus vndis. Nunc pariter à grauiſſima negotiorũ maiorum ſphæra, Te ſydus Illuſtriſſimum minores reuocare

ad

ad Orbes haud vereor: quia etsi te priuatus ipse interpello cō- munis tamen, ac publici boni causa hoc audeo. Mole res agi- tur satis exigua; sed merito gra- uis, eritque insuper nomine splendida, te si Patronum vt fa- cile spero nanciscì queat; obscu ri delitescimus; atque ideo splē dore tuo recreari, ornarique cō- tendimus. Tuum erit pro con- sueta benignitate ex tot illustri bus flammis, quibus cingeris ad proprium decus, deriuare ra- dios aliquot ad publica com- moda, quibus prodesse cupio.

Ill.mæ Dom.nis V.

Humiliss. & obsequentiss. seruus.

Michaelis Herculis Typographus.

ELENCHVS LIBRORVM, ET CAPITVM, quæ in hoc volumine continentur.

LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

De

LIBER TERTIVS.

LIBER QVARTVS.

LIBER

LIBER QVINTVS.

LIBER SEXTVS.

Imprimatur, si Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost. videbitur. hac die 29. Decemb. 1666.

M. Episc. Arimini Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Palat. Apost. Mag.

PROCESSVS INFORMATIVVS,

Siue de modo formandi processum informatiuum Breuis Tractatus.

TRANQVILLO AMBROSINO
Senogalliensi I. V. C. Auctore.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *In quibuscunque delictis hodie per viam inquisitionis procedi potest.*
2 *De corpore delicti ante omnia constare debet.*
3 *Et quomodo constare dicatur ad effectum inquirendi.*
4 *In delictis facti permanentis requiruntur signa, vt constare dicatur de corpore delicti; & solet visitari corpus, vel locus delicti commissi, & num. 7.*
5 *In delictis facti transeuntis, vel difficilis probationis, aut quę solo animo perficiuntur, sufficiunt indicia, & coniecturæ ad effectum, vt constare dicatur de corpore delicti.*
6 *Quod sine difficultate procedit, quando plena pro-*

batio haberi non poteſt.

8 *Et ideo abſque aliqua inueſtigatione corporis delicti poteſt procedi ad capiendum informationem.*

9 *Indicium tamen poteſt Iudex in delictis cuiuſcunque generis inueſtigare, & informationes capere pro delicto reperiendo; non tamen debet aliquem inter reos conſtituere, de corpore delicti non conſtito.*

10 *In delictis etiam facti permanentis, ſi ſubſit ſuſpicio contra aliquem, vel periculum ſit in mora, Iudex poterit, etiam quod ante non conſtet de delicto, ad carcerationem deuenire, vel cogere ſuſpectum ad praſtandum cautionem de ſe repraſentando.*

11 *Et ponitur ratio quare.*

12 *Facilius eſt captum liberare quam liberum capere, & carceribus mancipare.*

13 *Experientia eſt rerum magiſtra.*

14 *In his quæ poſſunt habere connexum ſcelus, & ſcelere carere, Iudicis partes ſunt in perquirendo, an ſcelus interuenerit.*

15 *Venenum aliquando dicitur contractum, vel ingenitum abſque humana opera.*

16 *Veneno an corpus deceſſerit quomodo ſit probandum.*

17 *Scelere reperto non in huiuſmodi caſibus in quibus poteſt ineſſe et non ineſſe ſcelus, ſilere debet proceſſus.*

18 *Periti adhibendi ſunt ad videndum ea quæ regulariter*

ter non cadunt sub iudicis iudicio.

19 *Et isti videre debent corpus in quo delictum commissum prætenditur.*

20 *Et debent deponere cum iuramento.*

21 *Et de eorum iudicio, & credulitate, non autem præcisè de veritate.*

22 *Peritis non est omninò credendum, sed ad iudicem spectat decernere quantum fidei eorum iudicium mereatur.*

23 *Visitatio corporis delicti per quos fieri debeat.*

24 *Et qua diligentia vtendum sit in illa concipienda.*

25 *Forma visitationis quæ vulgo visum, & repertum appellatur.*

26 *Cadauer recognosci debet, & quid faciendum sit.*

27 *Nomen occisi de necessitate non requiritur, sufficit enim quod constet de corpore.*

28 *Visitatio loci incendij, & fractura hostij, & parietis quomodo concipiatur.*

29 *Forma visitandi vulneratum.*

30 *Si vulneratus nolit propalare delinquentem quid faciendum.*

31 *Iudex iustis causis potest quandoque ad carcerationem, vel sequestrationem personæ iuris ordine non seruato procedere.*

32 *Iudex vbi subest timor scandali potest cogere partes ad cautionem de non offendendo, quinimo si non faceret, & peccaret, & teneretur in sindicatu.*

33 Inuentarium bonorum delinquentis faciendum est, ubi constat vulnus esse mortale.
34 Fiscus omnia accipit.
35 Creditores delinquentis infiscati debent accipere debita de manu fisci.
36 Inuentarij forma remissiuè.
37 Bona inuentariata depositari debent, & quomodo, & qua cautela.
38 Forma obligationis depositarij bonorum inuentariatorum remissiuè.
39 Bona inuentariata si ob moram possunt perire venduntur, & pretium deponitur.

Quomodo procedatur in criminalibus causis; & quid ante omnia obseruari debeat: & forma visitandi corpus delicti, ac personam vulneratam.

Caput Primum.

1 QVandoquidem † hodie in quibuscumq; delictis ex generali cōsuetudine proceditur, & procedi potest per viam Inquisitionis. Iulius Clarus in sua pract. §. final. qu. 3. versic. sed certè, & quæst. 5. versic. quæro. Idcirco omissis pluribus doctorum ambagibus & præloquijs, quæ passim legentibus sese offerunt in hac materia, videre potes per Clar. dicta. q. 3. per totam: illud tu (Bellisari frater) in primis attendere, & considerare debebis, ante quam

quam ad proceſſum contra aliquem crimina-
lem informatiuum fabricandum te conferas;
2 an videlicet factum quid ſit, quod noſtri
Doctores corpus delicti appellant. Clar. §. fi-
3 nal. quæſt. 4. in princ. De corpore autem deli-
cti conſtare debebit ad effectum prædictum
modo liquido, & per plenas probationes. Ma-
ſcar. de probatio. lib. 2. concl. 830. nu. 6. mo-
do per inditia, & coniecturas. Becci. conſil. 70.
4 nu. 11. & ſeq. lib. 1. Si enim delicta eiuſmodi
generis ſint, quæ facti appellantur permanen-
tis, eo quia eorum remanent veſtigia, qualia
ſunt homicidium, incendium, vulnus, ſtuprum
in virginem, furtum cum fractura, & ſimilia;
vtique debebit prius de cadauere occiſi, de
loco incendij, de vulnere & fractura per ocu-
lorum inſpectionem conſtare, vt dicatur con-
ſtare de corpore delicti. Clar. queſt. 4. verſic.
5 quando verò. Si verò delicta facti ſint tran-
ſeuntis, quorum veſtigia remanere nō ſolent,
puta adulterium, percuſſiones, quæ fiunt
cum baculo, vel cum alapa ſine liuore, iniu-
riæ verbales, & ſimilia; vel difficilis proba-
tionis, vt eſt furtum, falſitas, & his ſimilia,
vel quæ ſolo animo perficiuntur, vt hæreſis;
tunc ſufficiunt inditia, & coniecturæ ad fa-
ciendum conſtare de corpore delicti. Gandi.
in tit. de præſumptio. & indi. in dub. colum. 2.
num. 6. verſ. aliud etiam notatu dignum.
Boſſ. in tit. de delict. num, 16. & ſeq. Clar. q. 4.

 verſ.

6 versic. scias tamen † Et hoc sine difficultare procedit, quando plena aliunde super prædictis probatio haberi non potest.Honded.cõ-
7 sil. 106. num. 19. lib. 1. † Habita igitur notitia, quod aliquod delictum commissum fuit, si illud erit facti permanentis, puta de supra enarratis, debebis quidem ex generali, & communi consuetudine prius ipsum cadauer, locum incendii, vulnera, & fracturam inuisere, seu inuiseri facere. Clar. dict. quæst. 4. versic. quando vero, ibi statim igitur, iuxta inferius
8 notatam formam. † Si vero facti erit transeuntis non erit necesse aliqua inuestigatione delicti, sed statim poteris contra delinquentem inquirere assumendo opportunas contra illum informationes. Clar. d. q. 4. vers. scias tamen.
9 † ne tamen putes quod velim tibi per prædicta manus ligare, vt nõ possis ad informationes super delictis cuiuscunque generis tibi quoquo modo ad notitiam deductis capiendas descendere; est enim tibi libera facultas accepta querela, vel denuncia testes examinandi, aliasque inuestigationes quascunque faciendi, vt delictum inuenias. Abstinere solum te moneo, antequam de corpore delicti iuxta superius tradita tibi constet, aliquem inter reos recipere, & constituere. Clar. quest.
10 5. in prin. qu. 14. vers. sed hic incidenter. † Quin immo aliquando nõ solũ in delictis facti transeuntis, sed etiam in ijs, quæ facti sunt perma-

manentis licuerit tibi incōtinenti habita noti-
tiaq; quod aliquod delictum commissum fuit,
si periculum sit in mora; vel aliqua subsit iu-
sta causa, quæ animum tuum moueat, con-
tra suspectos ad capturam deuenire, vel eos-
dem ad idoneè cauendum de se repræsentan-
do cogere, quamuis adhuc de delicto tibi non
11 constaret, Clar. q.4. vers. quando vero, † Et ita
ego vidi pluries obseruari, & quidem optima
ratione, ne dum tu corpus delicti inuestigas,
delinquens ipse impunitus euadat. Clar. dict.
12 q.4. vers. quando verò; † facilius enim est ca-
ptum liberare, quam liberum capere, & car-
ceribus mancipare, argum. tex. in l. cum lege-
tur, §. Titio, & ibi Franc. Arety. in 3. not. ff.
de leg. 1. l. fin. C. in quibus causis restit. in in-
13 teg. † vt experientia docet rerum magistra, c.
14 quam si, & cap. cupientes, de elect. lib. 6. Quod
si dubium sit factum, quia scilicet ambigatur,
an scelus interuenerit; vt puta aliquis in pu-
teo mortuus inuentus est, & dubitatur an ca-
su in eū ceciderit, an ab aliquo illuc proie-
ctus fuerit, debebis omnino inquirere, ac op-
portunas desuper informationes assumere, vt
veritatem facti percipias, & sic appareat nun-
quid delictum subsit, necne: hoc est an alio-
rum industria mortuus ille in puteum præci-
pitatus fuerit, vel sua sponte metu alicuius pœ-
næ seipsum præcipitauerit, an vero casu aliquo
in eum ceciderit. Clar. §. fi. q.4. vers. hac autem.

Et ita etiam erit faciendum si quod cadauer
veneno interemptum, signaque veneni præse-
15 ferre dicatur, cum enim possit esse venenum
in corpore ex aeris corruptione contractum,
vel alia de causa ingenitum; Boss. in tit. de
delict. n. 5. & possit etiam esse quod ab aliquo
propinatum fuerit, idcirco erit diligenter in-
16 quirendum, vt veritas facti elucescat, quæ
omninò percipietur scrutando non solum cor
poris signa, sed etiã an post medicamentum
sumptum, vel cibum captum sequuta sint in-
ditia, & signa veneni, & quibus ex rebus esset
compositum medicamentum, qualisq; cibus
datus fuerit; etenim circumstantiæ perducunt
nos ad cognitionem veritatis, concidit. 23.
qu. vlt. Boss. in tit. de delict. num. 8.
17 Quod si ex eiusmodi informationibus de-
super assumptis scelus abesse constiterit, nullo
modo erit tibi vlterius progrediendum: sile-
re enim debet processus tali casu; prout è con-
tra, si quæ ex dictis informationibus resulta-
rent inditia, ad vlteriora procedere deberes:
& ita per omnes obseruatur in practica: Clar.
18 quæst. 4. versic. hæc autem, circa finem. Ad-
uertas tamen, quod si ea, quæ in iudicium de-
ducuntur, talia fuerint, quæ per Iudices iudi-
cari non possint, vel non soleant, quia non
sunt eorum professionis; prout exempli gratia;
An aliquis sit veneno interemptus; virgo stu-
prata fuerit; An vulnus mortale sit; tunc peri-
tos

tos adhiberi facias, Medicos videlicet, & Chi-
19 rurgos, ac obstetrices, qui cadauer, puden-
20 da, vulnus ipsum inspiciant, ac deinde iure-
iurando interposito *tactis* &c. deponant, an
corpus veneno sit necatum, an adsit fractura,
an vulnus mortale sit, necne. Clar. d. q. 4. ver-
21 sic. quando vero, in fin. & vers. seq. Dictos
autem peritos super prędictis, & similibus de
eorum credulitate, & iudicio deponere satis
erit; non enim præcisè de veritate testificare
tenentur. Clar. in §. homicidium, vers. scias
22 autem. Sed quoniam isti periti, vt habenti-
bus interesse in causa rem gratam faciăt, quă-
doque solent, non quod vere sentiunt, sed
quod alijs prodesse posse vident asserere, ideo
tu ad huiusmodi depositiones aduertere om-
nino debueris; illasque arbitrio tuo quantum
fidei mereantur diiudicabis. Clar. §. homici-
dium. vers. scias autem.

Circa visitationem corporis delicti, de qua
supra dictum est, quod visum, & repertum ap-
23 pellatur, illud te monitum volo, vt cum præ-
sentia tua si fieri possit, vel cum præsentia
Fiscalis loci per eius notariũ, aut per notariũ
actuarium solum facta in scriptis redigatur;
24 in quibus omnia diligẽter annotẽtur, quæ vi-
sa & reperta fuerint: verbi gratia, describen-
do ætatem, staturam, barbam, & alia signa
cadaueris, vestes, locũ in quo fuit repertum, et
quo situ, & particularia vulnera sigillatim cũ
suis

suis qualitatibus, & circumstantijs, & quo genere armorum facta sint vel videantur, & an punctim, vel cœsim, bona & res, quę penes dictum cadauer repertæ fuerint, & similia. Boss. in sua prax. in tit. de delict. num. 24. Clar. q. 4. vers. quando vero, per totum, iuxta formam sequentem, videlicet.

25 † Visum & repertum fuit per me Notarium infrascriptum, præsente Mag. D. N. Iudice, &c. vel D. N. procuratore Fiscali, &c. cadauer cuiusdam hominis masculi iustæ staturæ, barbæ nigræ, ætatis annorum 40. in circa, indutum infrascriptis vestimentis, videlicet (vn cappello di feltro nero, vn giuppone di tela bianca trinciato, vn paro di calzoni di panno giallo con trine rosse, calzette parimente di tela bianca, & scarpe di cordouano bianco) iacens humi in platea nuncupata del Duca, prope hospitium Galli, vulneratum tribus vulneribus ictu archibusii, vt videbatur, factis, videl. vno in pectore sub mamilla sinistra de latere ad latus penetrante, alio in brachio sinistro subtus cubitum, & alio in manu sinistra cum fractura duorum digitorum, paruuli scilicet, & annularis, & in muro d. hospitii apparebat paruum foramen factum, vt videbatur, ictu pilæ plumbeæ ex archibusio iaculatæ: sub quo foramine in terra fuit etiam reperta, quędam pila plumbea, depressa tamen, quæ fuit aptata per me dicto foramini in muro existenti, &

visa

viſa illi optime congruere: deinde in caligis prædictis, quibus dictum cadauer indutum erat, fuerũt reperta in ſacculis infraſcripta bona videlicet; vna borſa di corame bianco con tre teſtoni, & quattro baiochi di quattrini, vn fazzoletto di ſudicio, vna lettera ſigillata con vn ſigillo, che non ſi poteua diſcernere l'impronto co'l ſopraſcritto, che diceua, A Molto Magn. Signor mio hon. M. Giulio N à Fabriano. Quæ bona prædicta penes me recepi, animo, &c. Et hæc omnia vidi, & annotaui, vt ſupra, pro veritate, præſentibus Theſeo Ioannis de Corinalto, & Marino q. Petri de Camerino teſtibus, &c.

26 Deinde examinabis duos, vel plures teſtes ſuper recognitione dicti cadaueris, ad hoc vt ſi poſſibile ſit, de eius nomine, cognomine, & patria conſtet. Clarus quæſt. 4. verſic. quando vero, circa med. quod ſi non poſſint haberi tunc teſtes informati, puta quia occiſus ſit forenſis, relinques cadauer in loco prædicto, vel in aliqua Eccleſia, vel ſi eſſes in agro, deferri curabis in viam publicam, vel prope aliquod hoſpitium, vt à prætereuntibus videri poſſit, & ſic cognitio illius habeatur: quæ ſi haberi non poterit, tunc pro competenti interuallo temporis mandabis cadauer huma-
27 ri. † Sufficit enim hoc caſu, quod conſtet de corpore, licet ignoretur nomen occiſi, vt dicatur conſtare de delicto, Clar. d. q. 4. verſic.

quan-

quandò vero,ibi, & debet recognosci: & si cadauer humatum esset, posses etiam ad effectũ ipsum visitandi, & recognoscendi exhumari facere. Clar. d.q.55. vers.quando autem, circa
28 med. ibi, & cauti iudices. Hæc autem, quæ modo te docui seruanda tibi erunt etiam in visitando locum incendij,& reliquias combustionis, vel personam vulneratam, vel portam siue ostium, aut parietem aliquem fractum, mutatis tamen mutandis, prout facti qualitas, & circumstantiæ suadent. Clar. q. 4. vers. quando vero, in fin. aduertendo semper vt omnia minutim annotẽtur, vt supra dixi. Forma autem visitationis vulnerati erit talis, videlicet.
29 Visitatus fuit per me, &c. de mandato, &c. assistente, &c. D. Iulianus de Righis iacens in lecto in domo suæ solitæ habitationis posita in via Iulia prope Ecclesiam S. Blasij, vulneratus vnico vulnere in capite supra auriculam sinistram cum maxima sanguinis effusione; quod vulnus videbatur factũ cũ ense, vel storta, aut alio simili armorum genere cęsim, & erat longitudinis ferè vnius palmi; quæ ego, &c Si verò vulneri adhibita fuerint medicamẽta, ita vt eius qualitas minime videri possit, tunc dices; quòd vulnus propter medicamẽta apposita videre non potui, quæ ego, &c. Qui vulneratus delato sibi iuramẽto veritatis dicẽdę, prout tactis, &c. dixit vt infra, videlicet.

Interrogatus, quomodo reperiatur sic vulnera-

neratus,& à quãto tẽpore citra, Respondit,&c

30 Et quia quandoque tales vulnerati ex aliqua causa recusant propalare delinquentes asserendo illos se non cognouisse, ideo maxima tibi erit diligentia vtendum, vt delinquentis huiusmodi etiam inuito ipso vulnerato notitiam habeas. Clar.q.5. in princ. quod si id essequi non poteris, & videbitur tibi vulneratus prędictus delinquentem nolle patefacere eo quia vindictam per se de vulneribus sibi
31 illatis sumere intendat: bonum erit vel præfatum vulneratum ad carceres conduci facere, vel si qualitas personæ, aut vulneris id non patiatur, illum in aliqua domo sequestrare cum custodia, vel cum cautione idonea de non discedendo de dicta domo, & de habendo illam pro tuto & securo carcere. Hercul.
32 de caut.de non offend. c.3.nu.11. & si certus erit delinquens, ac timor subsit alicuius scandali, addes etiam de non offendendo. Hercul. de caut.de non offenden. cap.3.num.5.& cap. 50.n. 10. iuxta formam in meo Formulario criminali positam.

33 Si vulnus erit mortale ex peritorum relatione debebis inuentariare omnia bona delinquentis describendo, & annotando ea omnia, quæ ad illum spectare quoquo modo cognoueris. Clar.§.fin.q.44. vers. sed hodie, ibi, in hoc autem Ducatu, & latius Chart.de execut.sen. c.1.nu.19. & seqq. Peregrin. de priui-

leg.

leg.l.fisc.in tit.de his quę spectant ad ordinem, num. 10. etiam quod sint alteri obligata, quia
34 † Fiscus omnia accipit, & † qui aliquid præ-
35 tendit, debet postea comparere, & ius suum experiri, & sibi debita de manu Fisci accipere. Angel.in tract.de malefic.in verbo, et eius bona publicamus nu.9. et 10. Clar.q.78.vers. sed an teneatur. Peregrin. de priuileg. Fisci in
36 tit. de publicat.bon. num.107.et seqq. Inuentarij autem formam habebis in eodem meo
37 formulario: facta bonorum descriptione, et annotatione, solent postea bona ipsa depositari penes Depositarium Cameræ, vbi talis vigeat stylus, vel penes aliquam personam idoneam, Clar. q.44. vers.sed hodie, in fin.Clar. de execut.sent. cap.1. num. 19. quæ se obligabit dicta bona in depositum penes se retinere, eaque nemini consignare absque licentia Iu-
38 dicis, de cuius mandato factum fuerit inuentarium iuxta eam quam obligationis huiusmodi quoque in præcitato Formulario formã
39 descripsi; et ita obseruatur in practica: et si bona sint eius generis, vt periculum sit ne propter moram deteriorentur, vel pereant, solent quandoque vendi eorumque pretium vt supra deponi. Clar.quæst.44.vers.sed hodie, in fin.

SCHO-

SCHOLIA

AD METHODVM

PROCESS. INFORMATIVI

Tranquilli Ambrosini Senogallien. I-C.

FRANCISCI BERNARDINI PORRI Mediolanensis.

Versantibus in Foro, & in Praxi criminali perutilissima.



VCTOR hic exorditur ab eo quod pernecessarium est, quia deficiente fundamēto superædificari nō potest. capit. cum Paulus 1. quæst. 1. Quam ob rem de corpore delicti debere cōstare omnes exclamant, & vno ore fatentur; haud tamen omnes percipiunt quomodo hoc intelligatur, instar eorum qui verba tenent, sed non eorum vim, sensum, ac intellectum. Ideo accurate hoc in loco tibi præscribitur: ego vero enixe hortor Iudices vt super his, quæ vel visum, vel repertum, Regnicolæ appellant cognitionem in genere, insomnes, ac peruigiles oculos præstent. Nam vsu dedici quantum actuariorum imposturæ valeant ad perstringendam aciem oculorum in faciendo, & red-

& reddendo Candida de Nigris, & de candentibus atra: dummodo enim aliquam stipem referant, parum curant in publicam laborare vtilitatem; cuius interest extirpari prouinciam facinorosis hominibus, nec enim reputant fore iustũ detegi accusationes, ita vt horum similes plus eorum aliquem amicum gestiant quam Iudicum gratiam aucupari, quia hi a scriptis, & in processum redactis Indicijs discedere vix possunt, illi omnia mutare, & præposterare, veterem processum abolere, nouum supponere. Hi in relationibus ad Senatum faciendis tot patres conscriptos actionum suarum censores habent, à quibus maximè cauendum est; cum non tantum verba referentium, sed etiam vultus animorum iudices obseruent, intueanturq; : illi sunt suæ improbitati excepto Deo testes. Propterea vt te ab hoc iusto metu soluas, quod per te ipsũ facere potes, ab alijs ne expectes, confer te ad locũ delicti ad corpus visitandũ, præueni diligantia tua theenas, oculus tuus certior aure sit arbiter; tolle moras, nocuit semper differre paratis; Qui non est hodie, cras minus aptus erit; quod nisi id efficias, aut intempestiuè, non leue damnum iusti tui laboris prætermissi senties. Hinc pendẽt leges, & Prophetę vt notariũ Deũ timẽtẽ tibi in officio deligas, quod haud facilè cõtingere potest in eo loco, in quo Notariæ, quæ banca criminalia appellamus, magno

gno conducuntur, maiore relocantur, & venditio & emptio fraternizant. Itaque impossibile videtur summam integritatem ab his desiderari, quorum labor in damno sit futurus. Ad hoc prospiciens Senatus superioribus mensibus scribarum numerum restrinxit, multos ex eis, habitis prius informationibus de moribus, aboleuit:verum succedente tempore horum importunitas vicit Senatum; nã ferè omnes sunt restituti: vtrum meliores sint facti, an vero intermissi illius temporis damnum contingens cum fœnore sit pensatum viderint alij; sat scio à natura ferè comparatum esse, vt damnatos ad mores natura recurrat fixa, & mutari nesciat. Contra hos, qui Cancellarias habẽt titulo oneroso,inuehitur.Rõ. Scacc.c.51.de libell. accus.nu.32.vers. et quia forsan: at alio in loco deplorabo harũ causarũ criminaliũ vectigalia, indicta, & superindicta, erogationes, supererogationes,illicitas exã ctiones tollerari, quæ reformatione indigent.

Similiter visitationum delictorum fraudibus occurrit Senatus in Anno 1557.die 6.Nouemb.dum censuit, quod non fierent visitationes cadauerum, nisi à Notarijs maleficiorum sub pœna nullitatis processus, & alia aliis Notarijs. Editus etiam fuit alius ordo circa mercedem, & salarium debitum iudicibus in Anno 1573.die 24.Nouembris.

Redeundo modo vnde digressus sum, mul-

torum ingenia torsit ille tex. in §. item illud ad Sillā, cuius frequens est commemoratio, multiq; in eo sunt hallucinati, de quo apud Ant. Gab. lib. 3. com. opin. tit. de crim concl. 17. vbi ponit duas ampliationes, & quinq; limitationes. Cæterum ille textus pertinet ad iudicem, cuius proprie est cognitio, non alterius, licet de more Curia mittat Notariū, iuxta Boss. tit. de delic. Consultoris tamen est id quod ego monui supra, quod licet deducere ex Iul. Claro in q. 4. de quo abunde apud Moscatell. Neapol. in tit. de probat. delictorum, in proemio. Mod. Ro. d. tract. de inquis. q. 2. per tot.

Trahit ad se hæc quæstio multas singulares inspectiones.

1 Quando quis possit damnari, quando de delicto in genere non constet.

2 Quid in crimine assassinij, puta si quis grauatur proiecisse corpus in mare.

3 Quid in Disrobatoribus stratarū incedentibus per Cāpaneas, segetes cremando, cadauera occultando. De quibus apud prædictos modernos copiosè differitur.

Obseruandum est in hac materia, quod licet debeat cōstare de delicto, ita vt nemo torqueri possit nisi constito de eo, vt apud Clar. in q. 64. vers. debet autem Iudex, qui dicit Senatum iussisse torqueri quēdam Simonem Hebreum qui delatus fuerat, quod quandam puellā Christianā vitiasset, & deinde ad occul

tan-

tandum scelus occidisset, licet de delicto non constaret, & de hoc se mirari; sed desinat mirari, quia Senatus potius mouetur ex informationibus sumptis fama, & alijs de quibus infra dicam. Quandoque tamen potest præposterari ordo inquirendi prius delinquẽtem, & postea eo reperto, delictum. Modo enim Iudex non procedat ad specialem inquisitionem antequã constet de delicti corpore, potest quem vult ordinem seruare, imo dicuntur manus Iudicis ligatæ, ita vt etiam non possit reum interrrogare. Marsil. conf. 12. n. 34. Car. de interrog. reis c. 2. nu. 2. Quod notandum est ob Iudices ad officia anhelantès ob lucri auiditatem, quia antequam ad examen, vel capturam seu torturam procedant, debent curare quod de delicto constet, & contrauenientes tenentur in sindicatu: quod ad litteram repetit idem Marsil. in consil. 18. nu. 4.

In materia corporis delicti falsi probandi seù testium subornationis vide Cra. conf. 760. vide acta lib. 5.

Eodem Cap. I. num. 3. De corpore.

HAec non per remissionem, sed plenius sunt attingenda, vt ad praxim reducantur. Dicas igitur breuiter quod sufficit ad cõdemnandum, nedùm ad procedendum, quod de delicto constet aut per testes, aut indicia legitima, aut per euidentiam facti; vnde licet non appareat de morte per visum corporis

quia diceretur cadauer in flumen proiectum, tamen stabitur confessioni delinquentis. Boss. de delict. nu. decimo sexto, decimo septimo, & decimo octauo.

Facit quod de delicto furti probando per coniecturas tradit Præses Menoch. conf. 353. lib. 4. Mascard. de prob. concl. 830. num. 7. quod torturæ locus esse non potest in crimine priuilegiato quale est crimen læsæ Maiestatis. tit. de delicto const. Crau. cons. 852. num. 7. lib. 5.

Superioribus diebus dum quidã puer pauperculæ filius proiectus esset in flumen Abduæ, nec de corpore constaret, & illius loci sindicator Carolus Pusterla I. C. rescripsisset Senatui exploratum habere quẽdam minatum fuisse ei si super suo depasceret bestias, iussit inquiri, licet eius cadauer nunquã emerserit.

Rursus in causa magni momenti coram Senatu pendente inter Io. Paul. Casatum, & Hieronymum Gazolam, dum quidam Io. Angel. Montrefinus de mandato ad occidendum imputatus non reperiretur in rerum natura, concepta est non leuis suspitio contra Dionysium Peregum, quod illum abduxerit, & in itinere interfecisset, ne ille sub fide saluiconductus oblati à Gazola mandatum proderet à dicto Casato ceptum. Quare Senatus censuit citari d. Peregũ, qui cum eo visus fuerat, & mox eo non cõparente condẽnari ad remũ

per

per decennium. Prout vere condemnatus est in contumaciam: vrgebat causa dispersionis huius Montresini, laborabat fama contra Dionysium, quare sanctissimum fuit Senatus decretum.

Hāc esse obseruantiam Senatus, docet Iul. Clar. q. 4. dum vidisse se dicit aliquos de homic. imputatos cogi ac præstan. fideiussionem de se præsentando, licet de cadauere non appareret, toties quoties, ne si postea cadauer repertum fuerit, per fugam euadat pœnam delicti. Et ita etiam fuisse seruatū contra quosdam de Longinis, qui simul inter fuerant cum eo, qui dicebatur interfectus, vix tamen est vt hæc delicta diu latere posśint. Annoq; præterito in partibus Castilionis fuit quidam occisus, cumq; cadauer non reperiretur, cœpit pullulare fama contra quendā Nobilem, quod eū ex causa non leui occidi mandasset, nec mendax erat fama. Nam inde ad aliquot menses emersit latens in terris opertū corpus: causa nunc pendet. Dū hæc scribo venit ad me Alexander Canalis conquerēs filium suum interfectum à Io. Maria de Capitaneis, qui sub callido commēto venationis eū è domo eduxerat, nec reperiri eius cadauer: curia tamen D. Capitanei iustitiæ venit in sententiam contra eum procedendum, & pro magno indicio habuit mortis, quod Canes, qui cum eo erant, domum absq; Domino venerunt, quod nun-

quam amplius visum est; fuit postea repertus, & causa pendet.

Et circa hoc genus probationis videndus quoque Clar. q. 55. vers. quomodo autem. Hæc quæstio in memoriam meam reuocat quod quidam Nobilis iam supra annos quinque ad me venit communicans se per mandatarios occidisse quendam,& in campis contumulasse, facta ad id profunda scrobe, verum non multo post detectis per canem ossibus sepulti, quærebat ex me nunquid aliquod indicium contra eum oriretur, quod ager sanguinis fusus esset. Respon. ex tempore absque librorum reuolutione.

Quod Luna Videt, & sydera testes,
Intendunt oculos.

Proinde in occultis Dei iudicijs consilium deesse consultori,nec ei fidendum admodum, prout euentus docuit.

Ad hanc rem multum opposité faciunt adducta à Sigismundo Scaccia tit.de Iud.in caus. ciuil. & crim.de denuntiat. quæ viam aperit proces. per inquis. in crim. cap. 71. nu.3. vbi post longam distinctionem facti permanentis, & transeuntis, de qua auctor hic differit, dicit quod in delictis facti trāseuntis sufficit, quod Iudici quocūq; modo cōstet per testes,vel per indicium, vel per euidentiā facti, delictum esse cōmisssū,duplici ratione; Prima quia,est ordo in quo vertitur totum officium Iudicis, si

quidem

quidem eius est scopus, vt delinquentibus debitas det pęnas, & cum delictum sit fundamentum & basis totius iudicij criminalis, sequitur, quod de eo in primis debet cōstare: secunda ratio, quia vbicūq. lex disponit respectu certæ rei, prius de illa debet liquere, ergo si procedendū est ex delicto, debet de eo cōstare quia qualitas non datur absq. substantia, & extincto subiecto extincta quoq. dicuntur accidentia quæ illi inseparabiliter insunt, & inhęrent. De modo autem probandi inter hæc ex prædicta distinctione habes, cum aliter alia ab alijs iudicentur: in delictis autem facti transeuntis sola accusatio sufficit ad inquirendum absq. eo quod constet de corpore delicti. Clar. q.4. vbi addit quod Iudex tenetur procedere, & inquirere, & si id non facit tenetur in sindicatu tum ex dispositione iuris communis, tum No. Constit. tit. de accus. §. Delatis. Qui locus clare declaratur à Mod Ro.q.1.n.6. In his enim delictis non remanent foris vestigia. Et quæ sint hæc enumeratur sigillatim, & de his auctor hic sub nu. 8. 9. Nec nos pleno sydera Cęlo addimus, nec collectas aquas in freta. Circa hanc probationem delicti animus Iudicis conquiescere non debet, cum sæpe inconuenientia contigerint, vt qui probatus est esse mortuus, viuens ex post inuentus sit, vt per Clar. q. 6. versic. vltimo videndum est, prope finem, vbi quod iudices respicere debent ad

 qua-



qualitatem iudiciorum,& ne exquisitis modis torqueant,quia aliquādo viui inuenti sunt hi quos quis occidisse fassus est: instar eorum qui sub III. Visitatore huius status Don Aluisio à Castilla fassi sunt occidisse Capitaneū Pompeium Specianum; hi erant Thomas Picinigus apostata, Hermenulphus, & alij, & tamen innocentes sunt inuenti, & vti innocentes à Senatu absoluti,pro eis patrocinante in publica audientia Alexandro Rouidio nunc Reg. Senatore viro eminentissimæ scientiæ ac me.

Idem contigit me in eodem Senatu aduocante pro Galeatio Rampinerio, qui per tormenta fassus fuerat, occidisse F. Bernardinum Varisium mandante Eg. Com. M. Ant. Rarno, ita vt nō vetera exempla,sed noua cis antiquitatē sint in medium afferenda, ex quibus quia nos ipsi vidimus maiorem in eis voluptatem capimus, & maiorem habemus fidem, quia segnius irritant animos demissa per aurem,quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Dum hæc scribo in materia probandi corporis delicti,venit ad me quidam de loco Vegetij, qui dixit se condemnatū ex eo quod in media via cū alio extorsiset obligationē pro quadā summa pecuniarū non apparente apoca dictæ obligationis; Respondi pro nullitate dictæ condemnationis:opposuit vir multæ eruditionis Federicus Quintus Aduocatus Fiscalis de corpore delicti apparere ex confessio-

ne

ne alterius delinquentis; non aquieui ego huius responso, cum confessio non validet inquisitionẽ nullam,ad cumul. per Mod.Rom. in quæst.2.n.7.vers.amplia.

Num.10.versic. Quinimmo.

SAnctissima est hęc praxis, quia vbi periculum estfugæ; occurendum est cum omni celeritate ne remedia sint intempestiua, iuxta illius Poetæ vulgatum.

Nam mihi naufragio, quid prodest dicere,facto,
Qua mea debuerat currere cymba via.

Ob id multa sunt quæ prius indigẽt executione, quam cognitione,vt sup.dixi.Ideo ne cunctæris. Hoc etenim generale est, vt imminente periculo in mora multa concedantur, quæ alias non permitterentur, et præsertim in decreto capturę,in quo agitur de leui pręiudicio ad cumulata per Marsil. plurib.in id illationibus vtentem in § constat. n.8.vers. attamente hoc fallit, cum numeris seq. Debet tamen hoc circumspectus esse iudex, ne sub hoc clypeo prorumpat sine delecto ad capturas; excusationẽ hanc confingens,& comminiscens. Quarè rectè. Clar. dicit Senatum id solere facere, ergo id perraro debent facerę Iudices inferiores, sed Senatum consulere.

Num.14.Quod si dubium.

QVãdo est anceps animus iudicis vtrũ intercesserit scelus, necne, amplectenda est præsumptio exclusiua delicti; vnde fit vt

vt repertus in puteo suffocatus præsumatur ex naturali morbo decessisse: qua in re plura admonui in respõso per me reddito pro egregio Com. Ludouico Sicco feudatario Marthesano imputato, quod fratrẽ suũ puerulũ in puteum existentem in hortis Monast. diui Francisci deiici mandauerit; qui è puteo incolumis eductus iuxta illud Ecclesiasticum, eduxit me de puteo; dixi multis coniecturis magis casu decidisse videri, quã ex proposito in eum coniectũ, dum cũ suis collectaneis luderet ac saltaret meliore sui corporis parte pressim dum aquas in imo putei aspiceret sua delusus imagine, vt alter Narcisus. Aderant præterea signa innocentiæ suæ: post me quoq; alij primi nominis iurisconsulti pro eo respõsa reddidere, qui interea in primo vitę suę flore concidit ob multa carceris incommoda, quę sustinuit, cuius anima requiescat in pace.

Eadẽ disputatio incidit in Ciuitate Romę dum quidam I. C. Mediolanensis in carcerib. mortuus inuẽtus est, & causa illius mortis attribuitur timori à se concepto de futuro incerto euentu sui sindicatus; cuius scrupulosa inquisitio sub Beatiss. illo Põtifice exigebatur Memini enim tunc temporis fuisse actũ vtrũ locus foret bonorũ confiscationi, ex eo quod mortẽ sibi consciuisse diceretur. Hac de re aliqua attigi in responso reddito pro illustriss. Com. Haro vulnerato à quodam demente in Eccle-

Ecclesia S.Mariæ Celsi.Interim vide præsidem Menoch.de præs.lib.2.præs.85.

Cumq; abhorreat à natura quod quis proprias carnes odio habeat, hinc erit vt repertus in puteo mortuus non præsumatur seipsum Præcipitem dedisse, ex famoso cons.Decij.438. n.2 Curt.iun.cons.182. Socc.in cons. 51.lib.1. Plaza in epit.del.cap.23.n.9.& 15.Et hoc casu requiruntur probationes clariores,et fortiores, cum resistat verisimilitudo. Dec. d. cons.in princ. Vulpel. cons. 1. Foller. in prax. in vers. quod suffogauit vxorem,nu. 9. et 27. Et quod non possit formari inquisitio de delicto nisi constet scelere fuisse commissum, pluribus post disputatum articulum firmat Scacc. c.83.n.6.post Carthar.de interrog.reis c.2.n.2.

Num.15.Cum enim possit.

DE hoc plura scripsi in responso pro Marchione Io.Bapt. Malaspina,dum disserui ex iudicio peritorum in ciuitate Papiæ multa ad hunc locum conferentia, quod propediem cum alijs Typis excudetur. Didici tamen in ea causa quam Medicorum iudicia sint fallacia, qui modo spes nummi refulgeat, consilia iuxta vota petentium reddunt ; instabat Marchio tot consilijs munitus detineri suspectos, cuius petitioni non putauit annuendum esse I. C.Iacobus Antonius Carpanus Vicarius Iustitiæ nunc Fisci patronus, cui forsan mε-

lan-

la ncolica dicti marchionis natura erat explorata, ideò iustissimi iudicis partes sustinens quempiam molestari non est passus; cū verò ego cum d. peritis errarem, remquè ita vere esse prout D. Vicarius aduertit comperi,& ab hac accusatione excusandum à calumnia, raptus est dictus Marchio ex imaginatiua eius lęsa, vrgente cerebro ad occasum.

Num. 18. *Aduertas.*

CAutè agunt, qui iudices diligentiā adhibent in exploranda non tantū doctrina & cognitione periti, sed etiam moribus,an sit fidelis, an pretio facile expugnari possit, prout contigit in visitando Io. Maranum Marchionem imputatū de nece Egregij Iulij Abdus, vtrum sustinendis tormentis esset idoneus, nā à corrupto perito duplex redditum est iudiciū, vt ab vtraque parte pecunias eliceret ambas inflante buccas; ab his etenim, vbi electi sunt pendent iudices veluti manus ligatas habentes & pedes,quia non erit sutor vltra crepidam., si tamen hos dolosè mētitos fuisse comperit Senatus,pręter infamiā,quam subeunt non impunitos eos relinquit, & vidi quēdam Chirurgum tribus ictibus funis publicè plecti; qui infidelem, & pretio redemptam relationem fecerat, & nunc habeo processum formatum contra quendam Barbitōsorem; reum constitutum de doloso iudicio, cuius imperitiam culpę annumerandam cen-

censent multi. Qualis futurus sit euentus haud satis scio, quia multoties sicut Marti ita iudiciorum incertus est euentus.

De his peritis plura apud Mascar. de prob. lib 3. concl. 1164. in littera periti, vbi quando probent, & sufficit ad eum remissio.

Num 22. circa visitationum.

QVA diligentia sit vtendum in describendo cadauere, vulnerum quantitate, qualitate, docet Clar. p. 4. vers. quando verò, & vers. Aduertat Notarius. Et plures conditiones ad hanc descriptionem pertinentes recenset Scaccia d. tract. de iud. ciu. cap 83. tit. de inquis. gener. n. 12. vers. His cognitis, post Mod. Rom. d. q. 2. n. 4. Caball. in constit. March. lib. 4. cap. 1. sub num. 1.

Num. 23. si vulnus erit mortale.

HOC maximè cum diligentia obseruatur Mediolani à Notariis Ill. Quæstorum Extraord. Status Mediolani, qui propter sportulas, quæ eis debentur ob descriptionem, aduolant ad bona delinquentis, quandoque etiam sine Notario causæ; vtinam verò suis stipendiis essent contenti.

Et quia Fiscales olim pro descriptione bonorum delinquentium salarium petebant, imo exigebant, sanxit Senatus in anno 1546. post duos annos à tempore N. Constit. Mediolani, quod nihil accipere possint: id quod etiam hodie viget, & obseruatur.

Et

Et quod descriptiones fieri non possint, nisi pro delictis, pro quibus veniunt confiscanda bona, disponitur in Cæs. const. tit. de accus. §. pari modo.

Scio autem quod in hoc statu de forma Nou. Const. Mediolani, tit. de off Quæstorum extraord. red. §. exec. ius dicentes illius Ciuitatis loci in cuius territorio commissum est crimen, postquam notitiam habuerint commissi criminis, vel bonorum vacantium, infra triduum tenētur mittere Notarium maleficiorum, qui vna cum Notario Referendarij illius Ciuitatis, & Sindico Fiscali in præsentia Antiani, vel duorum bonorum virorum accedant ad loca bonorum, & describant modo præscripto in constitutionibus, iuncto §. eaque omnia. Et de hac forma loquitur Clar. quæst. 44. vers. Sed hodie.

S V *M M A R I V M.*

1 *Reus ut quis dici possit quæ requirantur.*

2 *Testes sunt examinandi pro informatione Curiæ ad effectum inueniendi delictum, & delinquentem.*

3 *Testes pro informatione Curiæ regulariter recipiuntur parte non citata, & de secreto.*

4 *Iudex deberet per seipsum testes examinare, & qua ratione.*

5 *Potest tamen ex causa Notario examen committere.*

6 *Notarius qualis esse debeat.*

7 *Iudices, Notarij, & Fiscales debent esse procuratores*

ratores veritatis non autem ministri passionum alicuius.

8 Dicta testium sunt in scriptis redigenda, siue pro siue contra fiscum.

9 *Pessima practica quorundam iudicum, & notariorum in recipiendis testium dictis.*

10 *Dicta testium diuidi non debent.*

11 *Iudices, & Notarij, qui non scribunt ea quæ testis dixit ad fauorem rei, grauiter peccant, nec sunt immunes à crimine falsi.*

12 *Testes quæ debeant exprimere in eorum depositionibus.*

13 *Descriptio debet fieri potius per signa cohærentia, quam per remouibilia, & potius per vtraque.*

14 *Quid obseruare debeat iudex circa personam testium examinandorum.*

15 *Testis debet exprimere causam & rationem scientiæ.*

16 *Ratio, & causa sunt anima animans dictū testis.*

17 Testibus fides quanta habenda sit ex ratione, & causa allegata colligitur.

18 Testis de auditu, vel de fama, quomodo debeat deponere.

19 *Fama quomodo probetur.*

20 *Fama an dicatur probata per testes deponentes se ita publice dici audiuisse.*

21 *Et quomodo dicatur melius probata.*

22 Testes de auditu quādo possunt haberi illi à quibus dici audierunt, nec præsumptionem quidem faciunt

cinnt

ciunt si non habeantur auctores.

23 Circa dicta testium est utenda maxima diligentia, & quare.

24 Testes inhabiles possunt recipi ad examen pro informatione Curiæ.

25 Et dant materiam iudici inquirendi.

26 Non tamen probant.

27 Nisi in quibusdam casibus ibi enumeratis.

28 Et tunc qualem probationem faciant.

29 Testes infames non probant, nisi prius purgata infamiæ macula.

30 In delictis occultis testes consanguinei, amici, & affines sunt præcipuè examinandi.

31 Et ratio allegatur.

32 Domestici examinari debent in primis de delictis domi commissis.

33 Item vicini in delictis commissis in vicinia.

34 Præsumuntur enim informati.

35 Et ut tales possunt etiam capi, carcerari, & torqueri.

36 Testes examinandi debent prius moneri, ut veritatem dicant.

37 Deus est summa veritas.

38 Testes debent deponere cum iuramento.

39 Et de præstatione iuramenti debet mentio fieri in examine.

40 In examinis principio, quæ exprimenda sint.

41 Forma examinis testium.

42 Conclusio examinis testium.

43 Subscriptio testis, qualiter fieri debeat.

De

De testibus pro informatione Curię recipiēdis,& forma illos examinandi. Caput Secundum.

QVoniam satis non est, quod constet de corpore delicti ad effectum, ut aliquis
1 inter † reos cōstitui possit,nisi contra ipsū particularia procedant inditia. Clar. qu.20.in
2 princ. idcirco aliqui tibi erunt † testes prius examinandi pro informatione Curiæ, ex quorum dictis non solum de ipso corpore delicti, sed etiam de delinquente tibi constet, vel aliqua contra aliquem, quod delinquens ille sit,
3 inde resultent inditia. Clar. §. fina. q.23.† Tales verò testes regulariter recipiuntur parte non citata, & de secreto. Clar qu. 2.vers.item quæro.Char. de execut. senten.c.fi.num. 175.
4 † vel per ipsūmet Iudicem (quod tibi ut facias omnino suadeo, vt scire possis quo quisque vultu, qua audacia, quo affectu deponat. Alber. de Malef. in tract. de test..cap.7.nu.72. Scapp. de iur.non scrip.lib.3.cap.51.num.15.) sed si negotiorum & rerum multitudo id non
5 patiatur,†per Notarium, qui sit peritus, practicus, & in primis bonæ & timoratæ conscientiæ, etiam cum assistentia Procuratoris
6 fiscalis, vel illius substituti: †quos etiā moneo vt recordentur habere Deum ante oculos, & se esse Procuratores veritatis, non passionum alicuius ministros. Foller. in pract. crimin. in

7 princ. num. 30. 39. & 64. † & debet quicquid dd. testes deponent redigi in scriptis. Nell. ad
8 Gemin. in tract. de testib. par. 1.n. 98.†Circa quod aduertere debebis, vt ea omnia in scriptis per Notarium redigi facias, siue pro, siue contra Fiscum faciant, quæ iidem testes deponent, & testificabuntur. Pulchrè per Scapp. de
9 iur. non script. lib. 3. cap. 51 nu. 18. † illos nequaquam imitando prauos Iudices, qui Deũ haud timentes, sanguinem humanum sitientes, & ad turpia lucra anhelantes, vbi incipiunt aliquos testes examinare, ea tantummodo Notario scribenda dictant, quæ contra ipsos inquisitos facere intelligunt, quæ verò illis prodesse possunt nequaquam scribi curant, imò quandoque scriptis mandari prohibent. Clar. q. 23. in prin. per totum: qui quidẽ malè, & diabolicè faciunt, cum diuidant dictum te-
10 † stis quòd indiuisibile esse debet, † talesque
11 Notarij, qui similibus dictis Iudicibus obtemperant, vna cum Iudicibus ipsis grauiter peccant, nec à crimine falsi sunt immunes: est enim hæc studiosa occultatio veri. Bald. in tractat. de testib. 2. part. nu. 24. Ias. in l. præscriptione, nu. 7. c. si contrarius. vel vtilita. pub.
12 Præterea, vt testes exprimant tempora si non præcisa saltem propinqua, loca, nomina personarum, & locorum, si possibile sit, operam dabis. Foller. in sua pract. in verbo capiat informationem: sin secus, saltem facies prædi-

13 cta dilucidè, & potius † per signa cohærentia, quam per remouibilia indicari: vt puta si persona describenda habet cicatricem in facie, vel est oculis capta, strabo, siue lusca, aut clauda, aut breuis, aut longa; potius designetur, & describatur per ista signa, quam per qualitates vestimentorum, faciei, barbę, & similium, quæ de facili mutari possunt, & solent, siue, quod melius fuerit, tam de cohærentibus signis, quam de mouibilibus mentionem fieri in ipsa descriptione curabis. Foller in pract. crimin. in verbo capiat informationem, à num. 33. vsque ad num. 37.

14 † Vlterius patrias, consanguinitates, affinitates ipsorum testium, quibus inimicitijs & odiis flagrent, quibus studijs vel exercitijs incumbant, quorum amicitia vtantur, aut quorum beneuolentiæ cupidi sint inuectigabis. Foller. in dicto verbo capiat informationem, nu. 33. & seqq. Ad hæc circumstantias, & qualitates, tum armorum, tum verborum, tum aliorum, quæ tangunt siue ipsum factum, siue personas offendentium, aut offensorum, principia rixarum, & seditionum, qui incæptores, siue auctores; qui principales, qui participes, qui fautores, siue auxiliatores, ante, in, & post delictum, numerum illorum, modos, & alia, quæ siue de necessitate, siue pro dilucidatione factorum, & personarum exprimenda esse tibi videbun

tur diligenter perquires. Foller. in dicto ver. capiat informationem, num. 33. & seqq.
15 †Precipuè verò testem, scientiæ causas, & rationes exprimere in quolibet particulari, super quo deposuerit, coegeris: † est enim talis
16 ratio & causa anima animans dictum testis, quod sine illa est quasi cadauer inutile nihil agens. Bal in l. solam. C. de testib. in. tracta. de testi. 3. par. nu. 1. Nell. ex tract. 2. par. num. 137. Et ideo si testis dixerit, res ita se habet, talis delinquens fuit, dicat etiam quomodo nouerit, quod res ita se habeat, vel quod talis deliquerit; & circa hoc fac, vt sis valde cau-
17 tus semper & diligens: † Etenim ego pluries habui præ manibus similes testes, qui cum ad rationem siue causam scientiæ reddendam compellerentur, nihil concludebant, quia deprehendebam illos, vel proprio iudicio, vel spe, vel timore, vel amore, vel odio motos, ea quæ deponebant, deponere, & sic sentiebam eorum dictis nulloque modo esse insistandum. l. in testib. & l. testium. ff. de testi. Boss. in tit. de opposit. contra testes, nu. 43. Iac. Butrig. de testibus. nu. 9. & 10. Alber. de malefic. eod. tit. c. 2. num. 35. Sode. de reprob. testi. nu. 7. & 8. Nep. à monte Alban. eo. tit nu. 33.
18 †Prout etiam si testis deposuerit se audiuisse dici, vel per famam percepisse, quærendum erit à quibus dici audiuit, quomodo

orta

orta fuerit talis fama, & de quo tempore, quia alio modo non dicitur recte probata fama; 19 † debet enim conſtare, quod habuerit ortum à perſonis grauibus & fide dignis, & non maleuolis, nec inimicis, nec leuibus: vide Cæph. conſ. 250. lib. 16. Natt. conſ. 362. num. 6. Foller. in verb. dentur capitula, quod ſuffocauit, poſt nume 28. Honded. conſ. 99. num. 20. Clar. q. 6. verſ. amplius etiam: & quod habuerit ortum ante requiſitionem formatam, & ante capturam. Honded. d. conſ. 99. num 29. Boſſ. in tit. de 20 partu ſuppo. num. 21. † ſufficiet autem, quod teſtes dicant ſe ita publice dici audiuiſſe, abſque eo quod dicant à maiore parte populi, vt probata dicatur fama, & ita eſt communis obſeruantia. Clar. q. 6. verſ. debent, & ibi, ſed 21 hęc opi. † licet melius facerent ſi ita deponerent, quinimo ſi etiam adderent cauſam vnde populus motus ſit ad ita credendum; & vnde perceperit ille qui eis dixit. Tob. Non. conſ. 99. n. 27. Natt. conſ. 39. n. 9. & an ipſi teſtes ita credant, prout ſe audiuiſſe dicunt. Cæph. conſil. 22 170. n. 7. lib. 1. & † ſi teſtes aliquos nominent, à quibus dicant audiuiſſe, illos examinare curabis, vel ſaltem conſtare facies, quod examinari non potuerunt: etenim tales teſtes de auditu quando poſſunt haberi illi à quibus audiuiſſe dicunt, nec pręſumptionem quidem faciunt, ſi non habeantur auctores. Menoch. cōſ. 23 98. num. 56. † & profecto iure merito circa

dicta testium est diligentissima indagatio facienda. l.testium, & l.in testibus, ff. de testib. cum ex his capturę committantur, tormenta inferantur, sententiæ etiam condemnatoriæ vitam quandoque, & bona adimentes pronuncientur; & ideo cautus esse debueris, ne in strictiss. Dei iudicio condemneris, si negligen-
24 ter te gesseris in officio tuo. † Scias etiam inconueniens non esse, imò opportunum, testes etiam inhabiles ad examen accipere. Foller. in sua pract in verbo capiant informat. num. 18. & practica quidem obseruat, vt omnes personę indistincte accipiantur: quare poteris examinare affines, consanguineos, comites, amicos offensi, mulieres, pauperes, viles, pupillos, etiam infames, prout meretrices, lenones etiā
25 inimicos inquisiti, & similes, † quia ex eorū dictis, & depositionibus si non aliud, saltim datur materia inquirendi, & habendi verita-
26 tem. Clar. q. 24. per totum. Bene verum est, †
27 quod non probant similes testes, † nisi hoc vel immanitas patiatur criminis, de quo agitur, vel nisi simus in casibus, in quibus veritas aliter haberi non possit, & sic in criminibus occultis, & difficilis probationis, & in quibus
28 certum est aut verisimile alios testes † non adfuisse, & tunc intellige etiam, vt probent nō ad effectum puniendi pœna ordinaria, sed ad extraordinariam tantum pęnam infligendam, vel ad faciē dum indicium ad torturam. Clar.

q. 24.

29 q.24.verſ.ſciendum eſt tamen,† & quo ad infames purgata prius per torturam infamiæ macula. Clar. q.24.verſ.item inferius, vt inferius ſuo loco demonſtrabo, in quo formulam
30 ſupponam, infra eo.cap.4. † & in tantum verum eſt, quod in delictis occultis conſanguinei, amici,& affines examinandi ſunt, vt quodam modo ab eis inchoari ſoleat Proceſſus. Foller. in d. verb. capiat informationem, nu.
31 18.in princ. † quia ſunt magis quam alij, vel eſſe poſſunt magis quam alij informati;& pro-
32 pterea vides,† quod ſi delictum aliquod committatur in aliqua domo, illi de domo in primis examini ſubijciuntur. Foller. in d. verb.
33 capiat informationem,n.20. & † ſi in aliqua
34 vicinia, illi de vicinia: † præſumuntur enim iſti ſcire & quæ in domo facta ſunt, & quæ in vicinia fuerunt commiſſa. Foller. in d. verb. capiat informationem, num.18.verſ. nec mi-
35 reris. † Quinimo tales de vicinia, & tales de domo poſſunt capi, carcerari, & torqueri, vt indicent delinquentem, tanquam veriſimiliter informati, vt inferius tibi oſtendam, in fin.
36 eod. cap. 4. nu... † Antequam teſtium, quos examinare tibi contigerit, dicta in ſcriptis redigi facias, bonum erit ipſos monere, vt verum dicant,prætermiſſis prece,odio,& amore,
37 † Dei omnipotentis rationem habentes, qui ſumma veritas eſt. Foller. in d. verb. capiat informationem, n. 33. verſi. debet etiam, Io.

2. Nell. in tractat. de teſtimon. num. 102. † &
38 quicquid deponent medio eorum iuramento
tactis corporaliter ſcripturis deponere debebunt. l. iuſiurandum. C. de teſtib. Scap. de iur.
39 non ſcrip. lib. 3. cap. 51. † De qua quidem iuramenti pręſtatione mentio erit facienda in pro-
40 ceſſu, † prout etiam, vt dixi, fieri debet de nomine, cognomine, parentibus, patria, exercitio, ſeu profeſſione ipſorum teſtium. Foller. dicto verb. capiat informat. nu. 33. in fine; de nomine, & facultate iudicis examinantis, & Notarij ſcribentis, de aſſiſtentia Fiſcalis, de die, menſe, anno, & loco in quo teſtis examinatur, de cauſa, & occaſione, pro qua examinatur, videlicet, an pro informatione Curiæ ad perpetuam rei memoriam, an ad defenſam rei ſecundum infraſcriptam formulam videlicet.

Forma Examinis Teſtis.

41 † Die Iouis, 4. Nouembris 1564. Examinatus fuit Romæ, in Officio mei, &c, per M. & Excellentem D. N. & Illuſtriſſimi, & Reueren. D. Almæ Vrbis Gubernatoris in criminalibus Locumtenentem, meque & c. aſſiſtente D. N. ſubſtituto Fiſcali; & ita ſi per Iudicem examinatur teſtis; ſi verò per Notarium, ita concipitur formula, videlicet. Die, &c. Menſis, &c. Anni, &c. Examinatus fuit Romæ, in officio mei, &c. per me, &c. de mandato, &c. aſſiſtente, &c. Sempronius Angelinus filius q. Thomæ Ange-

Angelini de Tuderto Sutor in Vrbe, ad imaginem Pontis, testis pro Curiæ informatione, receptus et examinatus; qui delato &c. iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, etc. iurauit, & ad opportunas Domini, vel ad opportunas mei interrogationes deposuit, prout infra videlicet.

Et deinde scribi facies quęcumque testis deposuerit, vel ipsum testem interrogabis, prout tibi videbitur, et interrogatorium cum responsione in scriptis redigi curabis, vt puta.

Interrogatus, an sciat, vel possit præsumere causam suæ vocationis, et præsentis examinis.

Respondit, Io non sò, nè mi posso imaginare, per che causa V.S. mi habbia fatto chiamare, ne per che causa mi voglia essaminare. Et sic sequere vsque ad finem. Deinde examen concludi facies hoc, vel simili modo.

Conclusio examinis Testis.

42 † Tunc Dominus acceptatis, etc. examen dimisit; et ipsum testem licentiauit, iniuncto sibi iuramento silentij (si tibi videbitur) vel data cautione de se repręsentando, vt haberi possit pro confrontatione, vel repetitione, et vt se sua manu subscribat, prout iurauit tactis, &c. & se subscripsit, vt infra videlicet.

Subscriptio Testis ad examen factum.

43 † Io N. ho detto per la verità quanto di sopra. Et si testis scribere ignorauerit tunc dices.

Et

Et vt signum Crucis propria manu faceret, ex quo dixit se nescire scribere, prout accepto calamo illud propria manu designauit, vt infra.

SCHOLIA IN CAP. II.

QVia à generalibus ad particularia descenditur, de generalibus supra Auctor disseruit, nunc de specialibus contra delinquentem; proceditur enim instar scalarum per gradus. Primus gradus consistit in cognitione generis, delictum nempe esse commissum scelere. Secundus à quo. Cæterum hæc inditia non debent esse leuia, perfunctoria, vulgo Ceruellina, sed solida, à lege approbata, declarando vt per Clar. q. 20. vers. Ad formandam, à quo non recedas tu qui rudis es, ne implices cerebrum tuum, & supra vires oneres.

Cumq; inditia distinguantur à suspicionibus, quas Clar. vult dici, quãdo inditia nõ sunt multum vrgentia Iac. Menoch. Præses de præs. lib. 1. pręclare disting. in q. sep. & pluribus insistit circa horum terminorum interpretationem, ex cuius sententia colligo suspitiones considerari vti leues; verum si probabiles sint, & plurimum persuasiuę, non video quomodo à Iudice posthaberi debeant. Aliud ergo est inditium dę illis, aliud de his, dum enim

enim nulla est causa cur Iudex magis in vnā partē, quā in alteram inclinare debeat, bonæ mentis erit, vt in meliorem delicti exclusiuā secedat, argumento, l. si creditor. ff. de furtis. De hac suspitione quomodo sit accipienda, locupletissime apud Farinac. de ind. & tort. q. 36. num. 172. cum seq. Rol. Cauagnol. in obseruat. ad decreta Montisfer. decr. 15. §. 1. exordiendo.

In hunc sensum resoluitur ordo Sen. Excell. diei 11. Decembris 1592 in causa illius Barbaræ Tapellæ, quæ imputata erat de homicidio patrato in personam meriti sui Marilani aurificis, vt amasium in maritum superinduceret, (quod contigit) nam Senatus censuit tollendum abusum vt ex suspitione quis reus constituatur. Quia decretum illud non haberet locum in suspitione violenta vehementer probabili. Et ita illa mulier cum amasio fuerunt torti, qui postquam in tormentis sustinuerunt innocentiam, quam profitebantur, matrimonio mutuo se iunxerunt. Tu Deus nosti qualis futurus sit horum exitus; opinor ego ex fide data viuente primo marito matrimonium illud subsecutum fuisse.

Nam eodem Deo optimo scelerum vltore vidi eos ad mendicitatem prorsus reductos, & Causidicum tam iniustam forte causam fouentem occisum, cuius necis mandatores adhuc latent donec diuino iudicio reuelentur.

Num. 8.

Num. 8. & 9.

HAnc insolitam praxim perditissimam, recipiendi testes qui iuuant Fiscum, non autem qui contra Fiscum laborant, tanquam Fiscus sit infensissimus veritatis hostis, apud aliquos sum detestatus, qui me vatiniano odio infestantur, sed quomodo illi tuto reprehendi possunt? si à malis iudicibus in pretio habentur, per quos iactura emptitiarum dignitatum reparatur. Hunc abusum eradicare, & pium, & laudabile est: hanc aucupandi indicia ad pruritum aurium aliquorum iudicum licentiam reprimendam, cohibendãq; fore in causa coram Iosepho Archinto I. C. Collegiato Capitaneo Iustitiæ, dixi; dum conscius innocentiæ quinq; pauperum, de quorum capite agebatur, rogabam, vt diligenter processum offensiuum rimaretur, diligentiamque exactam cum testibus examinatis præstaret, nec ad torturam non data copia inditiorum prorumperet, sub prætextu, quod de graui delicto ageretur. Cum vero verbis meis nulla fides ab eo adhiberetur, emersit tandem post innocentissimos taxillorum Barbarici suppositos eorum innocentia, donec habita processus copia comperi diligentiam prætermissam fuisse, quam facti qualitas, & circumstantiæ postulabant. Quis nunc consulet miserorum indem-

indemnitati, cum ex acerrima indagatione tormentorum inutiles ab labores, ac panem ex industria parandũ sint effecti? Quid eorum prodest innocentia, & absolutio, si ita viuunt vt satius foret mori; remanente cruciatus perpetuo damno? Vide conciuem meum in suo tractatu de Abusibus fori Mediolanensis, nu 80. vers. de hac destructione intentionis Fisci. Verum vereor ne & ille, & ego frustra hic conqueramus, ita vt possit obiici.

Quid facis Oenone, quid arenæ seminà mandas. Non perfecturis littora bobus aras.

Et rursus id nobis contingere posset, quod Beato Bedæ pro pace Italiæ incassum concionanti, qui audiit vocem de Cælo dicentem,

Beda Beda tace, quia Italia nunquam viuet pace.

Circa tamen hunc locum caute agendum est, ne testes coram te submittantur, qui ex composito habita etiam collusione cum hæredibus offensi, vel cum ipsomet Actuario, si ei hanc examinandi curam demandaueris contra Fiscum testificentur, delictumque alicui empto reo ascribant. Quod monet Iul. Clar. in q. 23. in princ. & tradit optimum antidotum ad detegendam horum testium examinandorum imposturam.

Ego scio superioribus annis fuisse occisum, quemdam in loco Miradoli districtus Papiensis, accusatumque quendam nobilem, qui hoc strata-

ſtratagemate vſus eſt ad effugiendum, ne ipſe de hoc homicidio teneretur. Quare ſubodorato neuo per Senatum referente Sauino Marliano Iuſtitiæ Vicario teſtes falſi in carceres cōiecti sūt adhibitis eis tormētis pro veritate habenda; Mandans verò poſt longam carcerationem, & poſt defenſiones præſtitas pœna extraordinaria punitus eſt. Nam illi patres oculatiſſimi vix patiuntur ſe falli, & decipi.

Nu. 12. *Præterea vt teſtes*

CIrca hanc curioſam teſtium examinationem, non ſufficeret volumen. Adſunt enim pleni tractatus de teſtibus inter volumina tractatuum, præcipue Monticelli Bobienſis, ex quo veluti è fonte perenni, quicquid vis modico cum labore haurire ſtatim potes.

Nu. 19 *Debet conſtare*

QVod attinet ad hanc famæ probationem videndus eſt Maſcard. cuius ego conſuetudine vſus ſum, dum hic Mediolani Vicarius eſſet illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Sacræ mem. Cardinalis & Archiepiſcopi Caroli Borromæi tit. S. praxidis, in ſuo vberrimo tract. de probat. concluſ. 748. vbi quotuplex ſit fama, & quibus modis conſideretur, & 749. per quot teſtes probetur, & quo pacto deponere

nere habeant, & 750. Quid quando ab vtroque latere probata est, ab altera parte affirmatiuè, ab altera negatiuè, quibus testibus tunc fides sit adhibenda, & 751. an probetur per priuilegia, & instrumenta antiqua. Et 752. an ex eo probetur quod testes in fine eorum examinationis deponunt extare de prædictis publicam vocem & famam. Et 753. an faciat plenam probationem. Et 754. an faciat semiplenam probationem quando agitur criminaliter. Extat quoque integer tractatus Tho. de Piper. tract. 11. par. 1.

Denique plenius cæteris vide Io. Bap. A sin. in sua praxi iudiciorum secunda cap. 89. 90. & quando plene probet cap. 91. & seq. capitulis vsque ad nu. 124. & plura alia ad materiam conferentia vsque ad cap. 137. ad quem in quæstionibus occurrentibus recurre, vix enim locum aliquem vberiorem inuenies.

Nu. 24. Scias.

ESset tamen refrenanda multitudo testium, cui multi actuarij inutiliter inhiant, & resecanda, ne crescat damnosa papyrus, vt mihi nunc contigit ex processu ad me allato ex Ciuitate Alexandriæ, in quo videndo annus integer consumendus est. Dispeream, nisi me febris inuasit, nam plusquam centum sexaginta capitula ab vna parte prodita sunt,

& su-

& super singulis testes examinati. Solum enim in necessarijs ad habendam veritatem immorandum est, & testes habendi non nugis, ac naniis, iuxta annot. per Præsid. Menoch. de arb. casu 249.

Non laudo ergo quod ex qualibet fece hominum colligantur informationes, sed ex his tantum, quos verisimile est non mentituros, & qui edoctiores sunt; & in hoc sane multum prudentiæ & religioni iudicantium deferendum est: nam si hic abusus ferendus sit, vt iuxta libidinem vniuscuiusque Notarij examinentur testes otiosè solum ad texendum folia processuum innumera, via patebit lata ad euertendas familias, vt se redimant ab hoc onere habendi copias processuum: sicuti etiam vice versa reprehendendi sunt hi, qui vt legitimas defensiones auferant, & præripiant, examini subijciunt omnes & quoscunque eo adhibito consilio, vt vel præ timore testes dum videant Iudicem vicem partis induentem, respondeant se nil scire eorum, quibus interfuere; quo fit ut derelicta iaceat innocentia: quod memini factū in causa quadam graui, examinatis centum & vltra testibus (cum à tribus, quatuorue sufficeret Fisci intentionem fundatam esse cæteris repulsis) sed tamen ea arte admissis, vt eis dicentibus se nil scire, fauere Reo (qui ad mortem condemnatus est) non possent Iudice vicē partis tuen-

tuente. Itaque consilio non defuit euentus, etsi tota ciuitas illo facto fuerit conturbata, vt nemo inuentus sit tam ferus, qui non supplicium illud ingemisceret: Ita vt etiam aliqui præ pietate eo tempore cum magno lachrymarum imbre palam attestarentur, non passurum Deum Opt. Maximum tantam impietatem: hi qui tunc sententiam dixere, ferè omnes sunt mortui, paucissimi superstites.

Nu. 26. 27. 28. Bene verum est.

TEstes, quorum meminit versiculus præcedens, cum admittantur tantum in subsidium ob immanitatem criminis, vt docet Clar. q. 24. vers. Sciendum. probant tantum quò ad effectum imponendi pœnam extraordinariam, vel ad faciendum indicium ad torturam, ex authore hìc; & est generale, quòd quando testes inhabiles admittuntur, puta in criminibus exceptis, non tamen faciunt plenam fidem. Gram. cons. 59. nu. 12. Marsil. cons. 101. nu. 15. lib. 2. Farin. de iudic. & tort. q. 37. nu. 63. & q. 62. nu. 63. 64 & in ea quæstione annectuntur plures quæstiones circa hanc testium inhabilitatem, ad quem te relego.

Nu. 35. verſ. Quinimò.

DOmeſtici & vicini quòd capi poſſint, & torqueri, vt indicent delinquentem, non eſt generaliter verum, ſed eorum qualitas examinanda eſt: non ſolum enim in delictis domeſtici ſunt idonei, ſed etiam præferuntur alijs non domeſticis, & vtrum dicantur integræ fidei, diffusè idem Mod. Rom. q. 55. de oppo. contra teſtes, & conclud. ſub num. 54. verſ. Quid dicendum. Et quod probant contra dominum non pro domino, ſi tamen ab eo in teſtem producantur, prout etiam ſentit ſub nu. 63. verſ. Præterquam. Cum grano ergo ſalis intelligendum erit id, quod hic tradit auctor de tortura inferenda domeſtico, & vicino, iuxta Rom. d. q. 55. nu. 68. Dumtaxat ergo torquentur, quando aliqua contra eos eſſet præſumptio. Plo. in conſ. crim. 132. nu. 22. in pri. vol. conſil. crim. Melius autem ſeipſum explicat auctor infra in cap. 10. vbi viden.

Nu. 43. Etſi teſtis.

HAec ſubſcriptio teſtis non eſt neceſſaria, attamen non eſt negligenda, nam tollitur omnis ſuſpitio falſitatis: ideo prudenter hoc faciunt Iudices in cauſis arduis, puta in crimi-

crimine Hæresis. Et memini, quod in visitatione Syndicatoris generalis officialium huius Status cogebantur coram M. Ill. ac Reuer. Don Aluysio à Castella testes ad subscribenda eorum testimonia, quæ ferebantur, præter id quod cogebantur etiam iurare de non propalanda depositione porrecto Crucifixo. Idem coram quodam I.C. Neapolitano huc ex Hispaniis misso ad sindicandum particularem officialem, sub quo & ego malo meo fato, tanquam testis sum vocatus, & retentus in angustissimo carcere, quod ille diceret, me fateri nolle pecunias quas in causa clientis dicebat me dedisse sindicando: cui ob incōmoda, quæ sustinui carceris tenebrosi, quod faustum felixque sit à Deo precor, vnicamque hanc ei singularem gratiam acceptam refero, quod ad perferendū quæ nūquam cogitaueram me exercitauit, & peritiorem reddidit, cum existimarem de iure non cogi posse Aduocatos ad testificandū contra Magistratus superiores, quibus subsunt, vtrum eis dederint pecunias, nec ne; cum ob id cogantur propriam turpitudinem detegere, scilicet quod Iudices corruperint, pro quo grauis est pœna imposita per Constit. Cæs. sub tit. De pœnis §. si quis in tantum, scilicet aureorum 200. vel ictuum trium funis arbitrio Principis vel Senatus. Parum enim, tanquam omnibus in me conspirantibus elementis, profuit iuris

 commu-

communis auxilium, aut febris, qua tunc laborabam, cum me acciri ad eum iussisset, et qua fretus existimabam dimittendum saltem cum fideiussione graui oblata, statim (inquam) atque ad eum peruenissem. Nemo, qui me viseret tunc admissus est; exclusa quoque est Medici opera, & Reuer. Confessoris, cum grauiter ægrotarem, spiritualis medicina, clientum meorum apud eum querelæ repulsæ sunt, vt quandoque Senatus authoritatem execrarer, quod pateretur sic cum subdito suo agi; neque enim eam mentem (veniam peto) fuisse opinor Excelsi illius Consilij Hispaniarum tam seuerè agendi cum sudditis suis in facto, in quo si delictum verum foret, quod syndicando attribuitur, ipse tantum pœna pecuniaria plecteretur. Minus cum Aduocatis huius vrbis, in quorum numero iampridem haud me indignum censent; quibus iura multum fauent, honoresque tribuunt, gratias ago Deo immortali, quod cum eo in loco iucundo numerosæ suppellectilis librorum meo aspectu carerem, nec calami aut papyri vsus suppeteret, veluti interdictus aqua, & igne cum carbone versus pro temporis opportunitate, ne otiosus prorsus forem exarabam, & parietibus carceris imprimebam. Hoc mihi studium, quod à teneris imbueram annis, quod penè rubigo texerat, magnum huius calamitatis insperatæ

lenimen

lenimen attulit, cumque multa poemata cum eodem carbone referentia speciem illius processus edidissem, quorum maior pars excidit, aliqua tamen (vt potui) collegi: inter ea hoc enigma, ex quo facile quis intueri potest, in cuius manus tunc inciderim, & mei misereatur.

Tum memor humanæ sortis, quæ tollit eosdẽ,
Et premit, incertas tu vereare vices.

Quod magis iis cauendum est, qui poterunt à principio occurrere, nascentemque morbum opprimere, ne is sindicatus in perniciem alterius quam sindicandi serperet: Viderint illi, ne quando id eis contingat, quod vaticinatur Hetruscus Poeta in Triumpho amoris.

Da qui a poco tempo tu'l saprai.
Per te stesso, diceua, & sarai d'essi.
Tal per te nodo fassi, e tu no'l sai.

Enigma illud est.

Annuli erãt digito duo, sed pretiosior alter,
Vtque detur famulo, qui mihi fidus erat,
Alter & hæredi mando, retinetur in vsum
Custodis melior, (ferreus alter erat)
Vis morbi cessit: tunc redditus ãnulus alter,
Vilior hæredi iam datus ante fuit.

Exueram etenim è digitis duos annulos, ingrauescente morbo, fideique custodis commiseram, vt ij traderentur, alter ferreus hæredi, altar aureus famulo; hic hęredi tantum ferreum, in quo insculpta sunt insignia familiæ meæ, tradide-

tradiderat,alterum quoque aureum se famulo tradidisse affirmauerat, cum ille forsan opinaretur me statim moriturum ex doloribus laterum,quibus premebar: verùm dum conualescere me animaduerteret, aureum annulum retulit, quem nihilominus seruo donari volui, & in eadem voluntate perstiti.

Modò ad propositum limen reuertor, nec me reprehendas, quòd ad extranea diuerterim,quia sicuti hæc materia, quam cum hoc authore sum ingressus,sit criminalis,meam (si dicere liceat) criminalissimam hic procedendi modus reddidit, ideo haud tibi molestum sit,quòd hanc dulcem illius temporis recordationem ad hunc locum retulerim.

Non inutiles sunt sicut reorum, ita & testium subscriptiones, si litteras scribere sciant, sin minus, aliquod aliud signum, puta sanctæ Crucis,vel æquipollens,vt monet Pegna in direct. par. 3.comm.18. §.hæc omnia Notarius. Rot. diuers. decis. 246.nu. 45.par.1. vbi præferunt eam depositioni iuratæ, & ego dum prætura fungerer in Ciuitate Bobij anno epidimiæ vniuersalis, vt me eximerem ab insidijs, & proditionibus tum partium, tum Notariorum, quibus minimè confidebam, testibus,ac Reis examinatis, vt subscriberent iubebam,ac alia addebam, ne processus possent falsificari, & id fieri debere in causis grauibus consulit Scaccia cap. 87. tit. de inquis. gener. num.17

vers.

vers. Inuenta est. Melius probatur infra per eundem authorem sub cap. 6.nume.31.32.33 Nam subscribens præsumitur habere omnium scientiam, quibus subscribit,&, quòd illa legerit, & si negaret se legisse scripturam, & quòd fuit deceptus,tenetur hoc probare. Clar.q.53. vers. Quintus est casus. Io. de Amicis cons. 13. num. 6. Præses Menoch.de præsump. lib. 3. præs.66.

SVMM·ARIVM.

1 *Officium testis est publicum, & necessarium non solum in pecuniarijs causis, sed in criminalibus quoque.*

2 *Interest Reip.maleficia puniri, & prouinciam expugnari malis hominibus.*

3 *Testes compelli possunt ad testimonium ferendum.*

4 *Quidam tamen compelli non possunt, & qui sint.*

5 *Nisi in certis casibus, & in quibus.*

6 *Consilium Iulij Clari ab auctore approbatum circa prædicta.*

7 *Testes quibus modis compelli possunt.*

8 *Circa compulsionem testium obseruanda est consuetudo, & stylus loci.*

9 *Testes an debeant euocari de vna Ciuitate ad aliam ferendi testimonij causa, an vero eorum examen alteri committi,attenditur consuetudo loci.*

10 *Forma citandi testem ad testimonium ferendum.*

11 *Alia forma breuior.*

An, et quando testes ad testimonium ferendum, et quibus modis possunt compelli cum suis formis.

Caput Tertium.

1 Officium † testis est publicum, & necessarium. glos. in rubr. extra de testib. cogen. nec solum in pecuniarijs causis, sed in criminalibus, l. si quando, vbi glos. et Bart. C. de testib. l. 3. §. lege, ff. eod. † Interest enim Reipu-
2 blicæ maleficia puniri, et prouinciam expur-
3 gari malis hominibus, † Ideo receptum est, vt testes ad testimonium ferendum compellantur si id facere recusent † nisi tamen ij sint,
4 qui regulariter cogi non posſunt, vt puta parens contra filium, et è conuerso, gener aduersus socerum, et è contra, priuignus aduersus vitricum, & è contra, agnati aduersus agnatos, affines aduersus affines, collaterales, vsque ad tertium gradum, vxor contra virum, liberti contra patronos, et eorum liberos, † qui
5 nihilominus etiam ipsi cogi possunt examini se subijcere, quando aliter veritas haberi non potest, quia tali casu etiam priuilegiati ad testimonium ferendum compelli possunt, ne veritas occultetur. Clar. q. 24. vers. scias tamen.
6 † Consulo tamen tibi iuxta consilium Clari in hoc proposito, vt quantum fieri potest à similibus testibus, qui de iure cogi non possunt, exami-

examinandis abstineas, et vbi occurreret casus, quod veritas aliter haberi non posset, et delictum esset atrox, posses ad illorum examen deuenire, consulto prius Principe. Clar. q. 24. vers. scias tamen, in fi. † Compelluntur au-
7 tem testes ad testimonium ferendum pluribus modis, puta multa indicta captis pignoribus, aut per exilij comminationem, aut per carcerationem, aut per torturam, aut in subsidium á Iudice Ecclesiastico per excommunicationem, suspensionem, interdictum, et depositionem. Ange. de Perus. in tract. de testib fol. mihi. 99. num. 23. et seqq. Conrad. de offic. prætor. fol. mihi 113. num. 6. † Sed in primis atten-
8 dendus est stylus, et consuetudo loci, in quo
9 versaberis: † quæ etiam obseruanda est, quando dubitatur, an testes possint euocari de vna ciuitate in aliam, ferendi testimonii causa, an alias eorum examen alteri committendum, l. 3. §. testes. ff de testibus. Foller. in verbo capiat informationem. nu. 32. Clar. q. 26. vers. sed quæro.

Forma citandi testes ad informandum Curiam.

10 † Forma autem citandi testem ad testimonium perhibendum, talis erit videlicet. Pone prius nomẽ Iudicis, deinde T. Tibi N. tenore præsentium præcipimus, et expresse mandamus, quatenus statim visis, et receptis præsentibus, et postquam vigore pręsentium fueris requisitus sub pæna scutorum 500. auri Ca-

meræ.

meræ,etc.applicandorum,etc. vel ſub pœna exilii, etc. vel (et hoc in ſubſidium) ſub pœnam excommunicationis, etc. debeas coram nobis, et noſtra Curia comparuiſſe, et te perſonaliter præſentaſſe ad nos, et illam eandem noſtram Curiam informandam de nonnullis ad eam ſpectan.de quibus te informatum eſse nobis conſtat, alioquin, etc. In quorum, etc. Dat. etc. die, etc.menſis, etc,anni etc.

Alia forma breuior.

11 † Vel breuius in curia. Citetur N. ad informandum Curiam ad ſtatim ſub pœna mandati executiui, inſtante Fiſco, Charitas Not.

Vel aliter iuxta ſtylum Curiæ à quo nullatenus recedendum eſt,vt dixi.

SCHOLIA IN CAP. III.

COgendos eſſe teſtes ad feren. teſtimoniũ vulgare eſt, ne iuſtitia neglectui habeatur, & ne veritas in qua Reipublicæ, quies & tranquillitas collocata eſt,deliteſcat, nam niſi cogi poſſent, ſcaturirẽt ſceleſti,qui viris probis negotium faceſſerent, ex raptoque impunè viueretur,nec ab hoſpite hoſpes tutus foret, nec ſocer à genero, idque paſſim militaret, tam in ciuilibus, in quibus de fortunis agitur,quam in criminalibus, in quibus de pœna corporali quæ maior eſt quacunque pecuniaria. Quare meritò compelli poſſunt ij, qui etiam verita-

tem

tem occultantes, seque difficiles in comparendo, dum vocati sunt, præstantes, crimine stellionatus puniri possunt. Nell. in tract. de teste nu. 39. relatus à Monticello in suo repert.test. posito in 4.vol.tract.fol.258.tit.Compelli quo. poss.testes; & multum singulariter dicit Nell. quod non punietur hic testis falsi, quia falsitas testium est proprie per iuramentum, sed isti non iurauerunt, ergo &c. criminaliter ergo pœna extraordinaria stellionatus punietur, sed ciuiliter parti ad interesse, vel Reipublicæ per actionem de dolo.

Et materiam hanc plenè prosequitur Nella sub num. 40. vers. qualiter testes. Monticell. in eodem tract.in tit. Compelluntur testes regulariter, & in tit.cogendi quando sint testes in causa ciuili. Addo omninò videndum Andream Gayll.lib.1.obseruat.100. tit. de test. ad perhib. testimo.cogendis, cum multis sequentibus titulis. Fac illum locum adeas, quia non patietur te in hac materia esse ieiunum, sed saturum, quia parum fidendum est de his, quæ sub quodam angusto scribendi genere clauduntur in breui opusculo. Ideò prout è re cliẽtis tui esse cognoueris, consule proprios exuberantes materiæ tractatus, si vis securè nauigare.

Memini me in hac materia testium cogendorum quendam veluti mortuum suscitasse. Quidam Doctor accusauerat vxorem suam de

de adulterio,& quod immisisset incendium in studium suum, vt maritum & libros combureret, combusta verè meliore eorum parte: citari curauerat quendam affinem vxoris suæ sub Vicario Iustitiæ tunc Iacobo Antonio Carpano, vt testificaretur in ijs, quæ maximè lędebant vxoris existimationem, nec poterat ille vir probus, si examini subiectus fuisset, non fateri. Ab hac animi molestia eum liberaui per text. in l. 4. ff. testi. circa quem insistit Mod. Rom. de oppos. con. testes, q. 54. nu. 13. 14. in 2. vol. Modestiæ fuit D. Vicarij, vt sicuti honoris sui cupidus, ita & alieni foret, nec tamen iustitiæ tramites violaret, & sequutus est Clar. in quæst. 24. vers. Scias tamen, vbi dicit, quod quantum potest, debet Iudex abstinere ab examinando testes, qui de iure examinari regulariter non possunt. Vis plura? Quod ab vtraq; parte sportulas sponte oblatas retuli, illo, quòd vxoris famam labefactari ab eo, vti irato marito non essem passus; hoc, quod eum subtraxissem à necessitate ferendi testimonij.

Num. 7. Compellantur.

EGregius est locus ad hanc rationē Ang. in tract. de testi. in cap. item cum agitur, nu. 23. 24. cuius integra verba huc libet afferre. Quærit Angelus quomodo testes compelli possint ad perhibendum: Respondet multa indicta per l. 1. ff. seq. iudic. non obtemper. vel captis pignoribus, exemplo tutoris, vel curato-

ris

ris ſatisdare nolentis, quorum publicum eſt officium, ſicut teſtium, vel ad exemplum parentum, qui nolunt alere filios. Item poteſt ſecundum conſuetudinem ciuitatis. Item per Iudicem Eccleſiaſticum poſſet excommunicari, ad quam pœnam deueniendum eſt, cum alia remedia deficiunt, vbi inſurgit contra Prælatos, qui pro qualibet re leui excommunicant. Vide eundem Gayll. d. obſer. 110. n. 9. & 10. & obſer. 98.

Num. 9. Quæ ita obſeruanda.

DAntur litteræ remiſſoriæ, ſeu ſubſidiales Iudici, in cuius territorio reperiuntur teſtes de conſuetudine. In multis tamen caſibus expertus ſum magnam cauſæ cognitionem adhiberi in concedendo litteras ſubſidiales, vt in cauſa Egr. Equitis Alexandri Beccarię contra Equitem Alexandrum Verrium: tandem deſtinatus eo fuit Barthol. Braſca I. C. ac Vicarius Generalis perſpectæ probitatis. Et in materia harum remiſſoriarum concedendarum, aut denegandarum, reſponſum reddidi plenum, quod cum aliis imprimetur. Interim verò, ne te pigeat videre Sim. de Præt. in conſ. 14. Iacob. Menoch. nouiſſ. omnium, qui in manus meas incidit, Laderch. Imolēs. in conſ 202. per totum, & eundem Præſid. de Arbitr. Iud. caſu 250. vbi plurimum arbitrio Iudicis in eis permittendis tribuit. Non ſum longior.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testes aliquando torquentur ex varijs causis & ex quibus.*

2 *Qualis autem tortura prædictis inferenda relinquitur arbitrio Iudicis.*

3 *Arbitrium prædictum debet regulari iuxta personarum, & factorum qualitatem.*

4 *An dandæ sint defensiones talibus ante torturam.*

5 *Forma decreti torquendi testem infamem.*

6 *Forma decreti torquendi testem varium, vacillantem, quique aliud extra iudicium, aliud in iudicio deposuit.*

7 *Testes varij aliquando torquentur, vt dicant à quo fuerint subornati.*

8 *Testis recedens à priore dicto præsertim magis verisimili præsumitur subornatus.*

9 *Forma decreti torquendi talem testem varium, &c. ad effectum vt dicat à quo fuerit subornatus.*

10 *Testis verisimiliter informatus dicitur ille qui tempore commissi delicti fuit in loco commissi delicti, & potuit videre, & negat adfuisse vel vidisse.*

11 *Item qui extraiudicialiter dixit se aliquid scire postea in iudicio negauit.*

12 *Item vicinus.*

13 *Item domesticus.*

14 *Item solitus frequentare viam in qua est commissum delictum, & est alias persona malæ opinionis.*

15 Debent *tamen apparere probationes in actis, quod*

tales

tales testes scirent, vel scire possunt veritatem facti,
16 *Forma decreti torquendi testem verisimiliter informatum.*
17 *Testes verisimiliter informati debent torqueri leuius arbitrio Iudicis.*
18 *Iudex arbitrari debet quod testes verisimiliter informati torqueri debeant.*

An, & quando, & quomodo testes torquendi sint cum suis formis. Caput Quartum.

1 ALiquando † testes torturæ subiiciuntur,& hoc fit varijs ex causis, puta quia infames, vel socij criminis, vel varij,vel aliud extraiudicialiter, aliud in iudicio deposuerunt, vel delicto interfuerunt, & tamen dicunt neminem vidisse, aut cognouisse, vel sunt verisimiliter informati, & sunt suspecti, quod veritatem dicere recusent, vel sunt viles,& vltronei se ingerunt ad testimonium ferendum,vel sunt conuicti de mendacio ex dicto alterius dignioris licet solius; & alijs similibus, ex causis.Clar.qu.25.per totum.Boss.in titu.de tortu.
2 testi.nu.9.10. & 11. † Qualis vero tortura inferenda sit, & qui modus in ea inferenda seruandus, & an grauis, vel leuis, id totum arbitrio Iudicis committitur. † Itaque poteris tu
3 vbi casus contingat iuxta personarum, & factorum qualitatem arbitrium tuum vel moderari,vel extendere,Clar.q.25.vers.torqueantur

tur etiam testes, in fine. † Et licet in aliquibus
4 casibus multi Doctores teneant, antequam ad torturam contra testes deueniatur, illis dandum esse terminum ad deducendum si quid in contrarium habent ad torturam euitandã. Boss. in titu. de mand. ad hom. post num. 30. Tamen scias tu communiter esse receptum in practica, vt semper, & quandocumq; absque aliqua disputatione testes torqueri possint, & cum effectu torquentur, vt euitetur timor subornationis, quæ de facili fieri posset. Clar. d.q. 25. vers. fin in fi. Et quoniam rem tibi me gratam facturum esse arbitror, si formulas inferendi torturam in casibus prædictis tibi supposuero; idcirco illas adscribere non recusabo. Si ergo testis aliqua facti, vel iuris infamia laborabit, erit ille torquendus ad effectum purgandi infamiam prædictam, & tollendi huiusmodi exceptionem, quæ contra talem testem opponi posset. Forma autem decreti talis erit, videlicet.

Decretum torquendi testem infamem, vel alia exceptione laborantem.

5 † Tunc D. sedens, &c, visis &c. stante qualitate personæ ipsius examinati, considerata infamiæ nota, qua affectus reperitur, ad tollendam maculam prædictam, vt eius dictum magis afficiat nominatum, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauit ipsum examinatum duci ad locum torturæ, ibique spolia-

spoliari, ligari, & funi applicari, &c.

Decretum torquendi socium criminis remiss.

Si vero fuerit socius criminis quomodo agendum sit habebis infra lib. 2. cap. 9. n. . . .

Quod si varius, vacillans, vel aliud extra iudicium, aliud in iudicio deposuerit, ita formandum erit decretum, videlicet.

Decretum torquendi testem varium, vacillantem, & qui aliud extraiudicialiter, aliud iudicialiter dixit.

6 † Tunc D. sedens, &c. Visis, &c. visa variatione ipsius examinati, qui in præcedenti suo examine dixit, se vidisse Meuium percutientem Titium, & modo negat se illum vidisse: vel vidisse percutientem lapide, & tali loco, modo ait vidisse percutientem ense, & alio in loco, quam prius deposuerat: vel qui aliud extraiudicialiter præsentibus testibus affirmauit, aliud vero modo iudicialiter examinatus deponere non dubitauit. Ad tollendum omnem maculam periurij, si qua inest, ab eius persona (& hoc si primum dictum fuit iuratum) vel ad purgandum omnem defectum varietatis, si quis inest, & ad videndum in quo dicto ipse examinatus persistat, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum; mandauit eundem examinatū duci ad locū torturæ, &c.

De eodem ad sciendum à quo fuerint subornati.

7 † Aliquando tamen solent etiam torqueri

 hu-

iusmodi testes varii, & diuersa deponentes, non ad effectum videndi in quo dicto persistant, vt supra dictum est, sed ad sciendum ab ipsis à quo, siue quibus fuerint subornati ad reuocandum eorum examen. Puta, si Titius dicat se vidisse Meuium furtum committere, & huiusmodi suam depositionem comitentur plures circumstantiæ veræ, vel magna verisimilitudo, ita ut si postea dicat se non vidisse Meuium, vel alium vidisse,& concludentem rationem non adducat huiusmodi suæ reuocationis,& variationis; vtique tunc talis testis non erit torquendus ad effectum videndi in quo dicto persistat,sed sciendi ab ipso à quo,
8 siue quibus subornatus fuerit ad suam priorem depositionem reuocandam, † vel mutandam; præsumitur enim quod à suo priore dicto recedat subornatus. Rol. à Vall. in cons. 73.nu.33.Mascar.de prob.concl.1340.nu.8.

Decretum torquendi ad detegendum subornationem.

Forma autem talis erit;videlicet.

9 † Tunc D. sedens, &c.visis,&c.visa depositione facta per ipsum examinatum sub die, &c. in qua asseruit vidisse Meuium furtum committere,consideratisque plurimis circumstantijs, dictam depositionem concomitantibus,quæ verificatæ fuerunt, & quæ sunt adeo verisimiles, vt omnino credendum sit ipsum examinatum in dicta testificatione verum dixisse

xiſſe, modo autem mentiri,præſertim cum ea, quæ in prima depoſitione depoſuit, vltroneus de plano depoſuerit,nec modo ſufficientem, aut veriſimilem cauſam alleget huiuſce ſuæ variationis; proptereaque valde credibile, ac veriſimile ſit ipſum examinatum ad dictam priorem depoſitionem reuocandam, ab aliquo ſubornatum fuiſſe. Ad effectum ſciendi ab ipſo examinato an ab aliquo, ſiue aliquidus, & à quo ſeu quibus ſubornatus fuerit ad dictam priorem depoſitionem reuocandam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum, citra tamen præiudicum quorumcumque iurium fiſco ex dicta priore depoſitione competentium, & acquiſitorum, quibus per præſentem torturam nullo modo præiudicare intendit, & non alias,aliter,&c.de quo expreſſe proteſtatus fuit,& proteſtatur: Mandauit ipſum examinatum duci ad locū torturæ. &c.

10 † Vbi autē appareret ipsū teſtē eſſe de facto, ſuper quo interrogatur, veriſimiliter informatū, illudq; deponere recuſare,quia videlicet,tēpore delicti cōmiſſi,cōſtat fuiſſe in loco cōmiſſi delicti,& potuiſſe videre quomodo factū ſeſe habuiſſet,& ipſe vel negaret adfuiſſe,vel vidiſſe. Foller. in verbo capiat informationē. n.19. & 20.& de hoc cōuincitur ſaltē per vnū teſtē, qui ſit dignior ipſo negāte.Foller.d.verb.n.22.

11 †.vel conſtat,quod extraiudicialiter confeſſus fuit,ſe habere notitiam facti, & poſtea negat,

12† vel est vicinus loco commissi delicti. Foller.
13 vbi sup. nu. 18. † vel est domesticus- Boss. de
14 tortur. testi. nu. 9.10.& 11. † vel est solitus frequentare viam, in qua commissum fuit delictum, & est alias persona malæ opinionis & famæ. Foller. vbi sup. nu. 27. aut alia de causa potest ipse Iudex conijcere, quod ipse recuset
15 veritatem fateri, † & apparent in actis probationes, quod tales testes negantes sciunt, vel scire debent veritatem facti. Foller. in d. verb. num. 24. & constat de delicto saltem in genere conmisso. Foll. ibidem d. nu. 24. infrascripta decreti formula ad torturam contra ipsum deuenire poteris, videlicet.

Decretum torquendi testes verisimiliter informatos.

16 † Tunc Dominus visis, & auditis prædictis, & pluribus monitionibus ipsi examinato factis, vt veritatem fateatur, consideratoque, quod ipse fuit præsens in loco, vbi homicidiũ commissum fuit, tempore, quo illud fuit commissum, & quod verisimiliter potuit videre, quomodo factum se habuerit, vel qui fuerint delinquentes, aut quibus vestimentis induti, vel quibus armis armati incederent, licet ipse hoc expresse inficiari conetur, ac consideratis alijs indicijs, ex processu resultantibus, & contra dictum examinatum facientibus, &c.

Ad effectum habendi ab ipso examinato plenam, & integram veritatem super præmissis, de quibus, vt dictum est, verisimiliter apparet

paret informatus,atque ad omnem alium meliorem finem & effectum mandauit ipsum examinatum duci ad locum torturæ,&c.

Vel considerato, quod ipse examinatus est vicinus, vel est solitus frequentare locum, in quo fuit repertum cadauer, & quod propterea potest esse informatus de veritate facti, ac de ipsis delinquentibus, concurrente etiam mala fama & opinione ipsius examinati, &c.

Vel consideratis verbis per ipsum examinatum extraiudicialiter prolatis, de quibus in processu. Ex quo apparet manifeste, quod ipse est informatus de veritate facti, & de ipsis delinquentibus.

Ex prædictis, quæ exempli gratia hic posui, poterit quilibet colligere, quomodo in similibus occurrentibus causis paucis immutatis procedendum sit ad torturam contra testes.

17 Circa quod † illud in primis animauertendum est, vt ne ipsi testes ita grauiter torqueātur, ac si principales rei forent, sed leuius ar-
18 bitrio Iudicis, † qui etiam arbitrari debuerit quando plures, & quando pauciores, quando aliqui, & quando omnes, iuxta factorum, & personarum qualitatem tormentis subiiciendi sunt, Clar.qu.25.vers.torqueatur etiam in fin.

SCHOLIA AD CAP. IV.

Tit. An & quando, & quomodo testes torquendi sint cum suis formulis.

TOrtura testium latè patet,& est iustissimus excurrendi expatiandique campus,itá vt auctor hic tantũ ludere in parua cymba possit. Exigit. enim verè integrum tractatum, quia vix omnes causæ, ob quas testis torquendus est, explicari possunt à quoquam bonæ memoriæ, & fœlici ingenio prædito: Iudex attamen debet maximè laborare in tortura testis, qui non pro suo delicto, sed in alienum commodum,aut incommodum testificari cogitur, quia indebite, & sine indicijs torquens punitur.Moder. Rom.q.37.nu.114.vers.Amplia, & nu.115. vbi dicit ampliari etiam, quod ille testis fateretur id, quod primò negauerat.Quia non est attendendum, quòd res deuenit ad optimum finem (vide ibi) quia ordinate de de hoc agit, & Scaccia d. tract.cap.137.num. 181.in fine.

Si vis scire casus, in quibus testis potest torqueri, & e contra, quia cognito vno de contrarijs cognoscitur & reliquum, vide Mod. Rom.in Repertorio, & Indice, in verbo & littera Tortura. Scacci. cap.86.n.14.& cap 97.n. 180. Clar. nostr. in qu. 25.per totum, Boss. de tortura.test.n.9. Sed

Sed quæro opportune, si testis petat copiam inditiorum, antequam torqueatur, an danda sit: hanc quæstionẽ plene exam. d. Mod. Rom. q. 39. n. 116. vsque ad n. 130. & 147. Ex cuius dictis habes compendiose duo consilia Iurisconsultorum inter se pugnantia in Vrbe. Verum cum Mediolani vt plurimum Iudices inhæreant practicæ aut Bossij, aut Clari. immo pro monstro haberetur ab eis recedere, concludentibus non esse dandam copiam. Clar. §. fi. q. 25. vers. solet dubitari; propter timorem subornationis; & per ea quæ trad. in q. 64. & hic se se offert insignis locus Claudij Bertaz. ad patris consil. 157. littera A. in fine, vbi sic dixit: Et in tortura testis non exiguntur inditia, quæ exiguntur ad torturam rei, nec de eis habetur disputatio cum Aduocato, sed totum arbitrio Iudicis committitur: hæc illæ. Explodendi enim sunt (quantum fieri potest) garritus, & strepitus nonnullorum Causidicorum, veritatem peruertentium ne testes veritatem profiteantur: quo remedio maxime in Ciuitate Mediolani opus foret, vbi tam rei quam testes in carceribus quamuis bene seruentur tanquam vellus aureum, habent tamẽ statim, qui omnia eis suggerunt, & torturæ inferendę leuitatem ne expauescant, & alia remedia salutaria, veluti hoc opus sit pietatis, ad quæ nos cum scientijs nostris vix prouehimur.

Ibidem, vel sunt verisimiliter informati.

Ideo si testes dicant se non recordari de eo, quod verisimiliter deberent recordari, torquētur. Clar. §. fi. qu. 25. vers. torquentur etiam testes.

Ibi, vel sunt viles.

An probet vilis, si testificetur in causa criminali contra reum sine tortura. Clar. d. §. fin. & q. 25. vers. sed quæro, Boss. de tortur. test. nu. 2.

Ibi, & vltronei se ingerunt.

Contra eos, qui sponte se offerunt ad dicendum testimonium, inuehuntur omnes leges, ideo satis sunt suspecti, Boss. de tortur. testi. num. 9.

Quod si plures sint suspecti, quòd veritatem supprimant, an omnes sint torquendi: Boss. de tortura nu. 45. dicit, quod nisi duo, tresuè sunt torquendi, & tantum torquentur, quando veritas aliunde haberi non potest; late Bertazol. crim. cons. 153. n. 8. Menoch. de præsump. lib. 2. præsumpt. 55. nu. 2. quod nota ad refrenandam auiditatem eorum, qui sine delectu testes torquent. Attamen Clar. §. fin. quæ. 25. versicu. torquentur, dicit contrarium seruari de consuetudine, sed tamē se credere tutius esse, quod relinquatur hoc arbitrio Iudicis cui libenter assentio.

Ibi, vel sint conuicti de mendacio.

Non tamen omne mendacium testis nocet ad torturam ei inferendam. Clar. §. fin. qu. 21.

vers.

verſ. Mendacium. Ideo requiritur ſuper ſubſtantialibus delicti, non autem ſuper circumſtantijs. late quomodo hoc procedat vide Mod. Roma.de indic.& tortu. qu.52. ferè per tot. Attēdendum. enim eſt,an ſit doloſè prolatum, ſeu à viro ſimplici, an à viro alioquin probo & honeſto: Aut an mendacium conſiſtat circa id, quod etiam, ſi reus eſſet confeſſus, non tamen puniretur, & an de mendacio conuincatur per teſtem digniorē, licet ſolum. Boſſ. de tortura teſt.n.10. *In* materia vid. Præſid. Menoch.de præſumptio:lib.1.qu.89.nu.67.68.69.70.

Num.3. Qualis verò.

QVòd leuiter torquendi ſint teſtes, quando torquentur ſuper validitate ſui dicti, aut ad eruendum cōplices,aliaq; delicta. Veriſimile enim eſt,quod ſi de ſe puta,ſit cōfeſſus,& torqueatur in alium,facilius ſit veritatem dicturus, cum vnuſquiſque magis ſe, quam alium diligat. Clar. §. fin.q.64. verſic. Veritas eſt,in fin.vbi quod debent Iudices torquēdo reos ſuper ſociis, & ſuper alis criminibus moderatam torturam inferre, neque iuris terminos excedere. Modern. Roma. lib. 1. q. xj. nu. 19. verſ. Aduerte,in fi,& q.21. nu. 129. vbi inhumanitatem (& bene) appellat nimis grauare teſtem in modo torquendi. Idem auctor hoc eod.cap.nu.18.in fin.

Num.4.

Num. 4. Ibi, & licet.

VIde supra hoc eod. cap. 4. §. sed quæro oportunè; quod huic loco attexendum erat. Repetita crambe. idem bis non est dicendum.

N*um. 7. Ibi, aliquando.*

SVbornatio testis, cum sit difficilis probationis, coniecturis probatur. late Mascard. de probatio. conclus. 1341. Hanc praxim lucri plenam memoriæ tuæ commenda; licet vere periculosa sit animæ, quia homines cupiditate pecuniæ obcœcati, magis incumbunt plerumque in habenda veritate subornatorum, quam delicti, pro quo commissa est subornatio. Ideo quanto magis fieri potest, restringenda est, quia datur materia Iudicibus euagandi, relicto crimine; de quo principaliter agitur. Cũque essem à Senatu Excellentiss. delegatus in causa ardua cum Egregio tunc Fiscali, nunc Quæstore extraordinario Clemente Arsago I. C. contigit in carceribus, vt fieret quædam subornatio, in qua multi fuerunt nominati, quos minime nominari cupiebam; quia carceratis aliqua in eorum delictis habenda est miseratio: quod facit contra processus, qui indies fiunt per Notarios de delictis carceratorum, in quibus dispendiosis grauantur sumptibus.

Num. 8. Ibi, præsumitur enim.

SVbornatus videtur testis, qui quod primo iuratus dixerat, postea reuocat. Mascard.

d. con-

d. concluſ. 1341. nume. 8. & alias ibi coniecturas adducit. Addo Vulpell. conſ. 103. nu. 13

SVMMARIVM.

1 *Probationes ſumendæ non ſunt de domo rei.*

2 *Fallit in criminalibus de conſuetudine.*

3 *Domus inquiſiti perquiri ſolent, vt videatur an aliquid reperiri poſſit, quod iura Fiſci fundet, vel adiuuet.*

4 *Exemplum ponitur in imputato, quod retineat arma prohibita, vel libellum famoſum confecerit, aut litteras ſcripſerit, vel aliquid furatus ſit, aut falſam monetam fabricet.*

5 *Perquiſitio prædicta ſæpe indicat delinquentes, & veritatem delictorum.*

6 *In dicta perquiſitione debebit annotari in ſcriptis per Notarium teſtibus præſentibus quicquid factum, & repertum fuerit.*

7 *Si fuerint reperta aliqua facientia pro Fiſco poterũt accipi præuia illorum annotatione conſignanda publicæ perſonæ iuxta loci conſuetudinem.*

8 *Annotatio prędicta quomodo facienda ſit, & quanta cum diligentia.*

9 *Redditur cauſa quare.*

10 *Forma huiuſmodi perquiſitionis.*

11 *Forma annotandi res repertas in domo alicuius.*

De

De indicijs ex domo Rei ſumendis; & quibus formis vtendum ſit

Caput Quintum.

1 QVamquam † nimis graue videatur ex domo Rei ad probandam Fiſci intentionem probationes ſumi. l.nimis graue.
2 C. de teſti. Boſſ. in ti. de exam.reo. nu.9. † Ni-
3 hilominus ſcito prædictam regulam † non habere locum in criminibus; etenim ſæpe,ac ſæpius domus reorum perquiruntur ad effectum videndi, an aliquid reperiri poſſit, quod iura Fiſci vel fundet,vel adiuuet. Clar.in §.furtum. verſ. quæro nunquid. quæſt. 27. in princ. vnde poſtea ipſi Rei vel grauioribus indiciis vr-
4 geantur,vel conuicti remaneant. † Puta enim quod quis imputetur, vel quod arma prohibita retineat, vel quod libellum famoſum confecerit, vel quod aliquas litteras ſcripſerit, vel quod aliquid furatus fuerit, vel quod falſam fabricet monetam; vtique ſolent practici aſſeſſores ſtatim ex improuiſo Curiam cum Notario,& Fiſcali mittere, vel ipſi per ſe etiam accedere ad domus talium imputatorum, vel ad alia loca, in quibus illi conſueuerunt verſari, ibique diligentiſſime perquirere an reperiantur vel arma prædicta, vel dicti libelli famoſi, aut litterarum exempla, & notæ,aut ſcripturæ,

vel

vel chartæ fimiles, aut aliquid de bonis derobatis, aut aliqua inftrumenta, vel materia ad monetam fabricandam apta & idonea. Clar. d. §. furtum. verf. quæro nunquid. Conrad. de offi.præto.fol.mihi 630.nu.14. Quare fi ca-
5 fus occurrat,idem tibi faciendum erit: †etenim non raro habetur hoc modo notitia delinquentium, & veritas delictorum, quæ alias
6 nullo fortaffe pacto haberi poffet. † Aduertere autem debueris, vt cum ad huiufmodi perquifitionem deueneris,quæcunque feceris, & repereris, in fcriptis per Notarium teftibus præ-
7 fentibus adhibitis redigantur; † & fi quæ tibi videbuntur ad caufam facere, illa in fcriptis prius annotata dictis teftibus videntibus, & affiftentibus affumere tibi licuerit, tecumque afportare depofitario,vel ipfi Notario,aut alteri publicæ perfonæ iuxta confuetudinē loci fi-
8 gnanda † Erit autem talis res annotanda cum omnibus fuis circumftantijs, & qualitatibus, quantum fieri potuerit dilucide. In fimili docet Corad.de offic.prætor.in tit.de contumacibus fol.mihi 759.n.2.& aliquo figno fignanda, puta littera A. B. C. vel alia nota fimili, imo etiam per teftes fi poterit, vel figillis munienda,vel fubfcribenda, vel alio modo notanda:& fi reus erit præfens, etiam per ipfum fubfcribi, vel fignari mandabis;deinde etiam teftes ipfos, qui præfentes fuerunt,formiter examinabis fuper prædictis, eorumque examen in fcriptis redigi

9 digi faces. † Hac autem diligentia circa premissa tibi vtendum moneo, vt ne postea Rei, cum ad eorum faciem scripta, & res prędictæ exhibendæ erunt (de quo dicam inferius suo loco, infra libro 3. capitulo 10.) valeant inficiari illas penes ipsos, vel in eorum domibus fuisse repertas; quod facere plerumque solent, vt experientia te quoque docebit.

Forma autem erit talis. Die, &c. mensis. &c. anni, &c.

10 † Mag. & excell. D. B. Locum tenens, &c. vna mecum Notario, & testibus infrascriptis pro iustitiæ complemento, & ad omnem alium meliorem finem & effectum accessit ad domum C. sitam in vrbe in loco detto Capo le Case, prope bona &c. quam reperijt clausam, & cum sæpius pulsato ostio nemo responderet, & videretur nullus in ea manere; mandauit eandem domum per clauarium aperiri, prout per dictũ clauariũ accersitũ aperta fuit, (vel si clauarius haberĩ nõ possit, nec possit alio modo aperiri, mandauit fores dictæ domus, ex quo alio modo aperiri non poterant; per vim recludi, prout calcibus per birruarios in eas iactis apertæ fuerunt:) Et in dictam domum vna mecum Notario & testibus prædictis, ac birruariis concomitantibus ingressus cępit per
11 omnes stantias † illius ambulare, & perquirere, & tandem in quadam Camera existente prope coquinam in quadam capsa alba, quę pariter

ter per vim aperta fuit, cum clausa esset, nec alio modo aperiri posset, fuerunt reperti duo archibusetti ad rotam parui, longitudinis vnius palmi cum dimidio, cum capsis ex ligno nucis confectis, & ossibus albis delineatis, ac celatis; quorum rotæ apparebant circumcirca margines inauratæ, & in calce quodam signo manus erant insculptæ. Et cum de mandato D. vnus ex birruariis astantibus fecisset periculũ an essent onusti, fuerunt quidem reperti bene onusti, & de mandato eiusdem Domini materiæ intus existente extorta, fuit repertum intus dictos archibusettos, & eorum quemlibet inesse quandam quantitatem pulueris archibusij, & duas pilas plumbeas pro quolibet: quæ omnia ego vidi, & de mandato, vt supra annotaui.

Tunc D. visis prædictis mandauit mihi notario, & dictis testibus, vt supra capsis dictorũ archibusettorum litterã A. maiusculam formaremus, vel nomina, & cognomina nostra scriberemus, prout per me, & testes prædictos formata fuit, vel scripta fuerunt: ac deinde tam dictos archibusettos, quam puluerem, & pilas ex eis extractas mihi consignauit causæ notario, & per me caute custodiri mandauit animo; &c. omni, &c.

Actum die, & loco supradictis præsentibus ibidem N. & N. testibus ad prædicta omnia vocatis habitis, & rogatis.

For-

Forma annotandi Litteras apertas in domo alicuius.

12 † Et si fuerint litteræ, eodem modo describentur, videlicet: fuerunt repertæ quędam litterę scriptę sub Dat. Spoleti die 29. Nouembris 1595. incipiendo. Cariss. come fratello hò visto, &c. & cum subscriptione in fine, Affetion. come fratello Matteo di N. Inscriptio verò à tergo talis erat, videlicet. Al mio Caris. come fratello Cosmo di N. da Fuligno, Fuligno, subito subito. Sigillum autem non poterat cognosci cum esset depressum: quę quidem litterę fuerunt de mandato D. prius per me signatę littera A, maiuscula, deinde per ipsos testes, ac pręfatum C. inquisitum (si adsit) eorum nominibus, & cognominibus in summitate primæ faciei hoc modo, videlicet. Io. N. fui presente quando la pręsente scrittura fu trouata come di sopra in casa di C. Io. C. confesso che la presente scrittura e stata trouata in casa mia, come di sopra. Et si testes ignouerint scribere poteris eis iubere, vt signum crucis faciant, prout superius tibi demonstraui, & sic mutatis mutandis poteris tu alijs similibus casibus te gerere.

SCHOLIA AD CAP. V.

IMò contrarium verius est, quod in criminalibus non fit editio ad fundandam intentionem Fisci, non tantum si causa sit capitalis,

lis,sed etiam si sit pecuniaria Fisco applicanda, ex Clar.in §. fin. q. 25 ver. Sed hic incidenter. Id quod adduxi in causa magni momenti coram R. Vicario criminali tunc existenti iuuene perspicacissimi ingenij,& acquieuit. Ab hac regula excipitur casus, de quo apud eundem Clar. in§. furtum, vers.quæro nunquid;magis ex quadam obseruãtia in hoc dominio,quàm quod id sit de iure. Imo hæc præcepta perquirendi res furtiuas, non passim concedenda forent, quando aliquis vellet perquirere in domo honestarum personarum.

Negari enim nõ potest,quin generetur aliqua perfidia; & multũ interest, aliud enim est sumere initium probationis è domo Rei,aliud sumere quo ad probationẽ coadiuuandam,de quo Clar. in §. furtum, vers. Quæro nunquid.

In materia editionis vide And. Gaill.Imper. obseru. 106.nu.11.vbi Fiscus potest petere editionem instrumentorum etiam à Reo,licet sua non teneatur edere.

Bene in hac materia dicit Soc.sen.(si modo is est, nam plerique aliud volunt) in suis (vt vulgo vocant) fallentijs, ad regu. 112. verb. edere, in 4.fallen.quodlicet Fisco.qualitercũq; agat ,teneatur Reus edere propria instrumenta ad eius intentionem probandam, seu fundandam; tamen aliud est in causa criminali, cum valde damnosum esset in causa criminali exigere probationem de domo rei: quod notat,

Peregrin.in tract. de priuileg.fisc. lib. 7.tit. de de his quæ spectāt ad ordinem n.23.vers.principalem, firmat eandem conclusionem, sed non admittit in casu pecuniariæ pœnæ, & quod imo editio facienda est.

Hanc conclusionem limitat idem Peregrin. ibi, vt non procedat in causis criminalibus, in quibus serui contra Dominos torquentur, quia in his instrumenta Fisco edenda essent.

SVMMARIVM.

1 *Testis mutus, surdus, aut linguam nō habens quomodo examinandus.*

2 *Et quod potest deponere per scripturam, si scribere nouerit.*

3 *Alias per nutus, & signa mediantibus interpretibus a Iudice deputatis.*

4 Si Notarius *intelligat dictos nutus & signa, non est opus interpretibus.*

5 *Testes muti, surdi, & linguam non habentes possunt examinari in criminalibus, licet aliqui contrarium tenuerint.*

6 *Interpretes adhibendi sunt etiam quando testis loquitur, sed lingua extranea, quam Notarius non intelligit.*

7 *Forma examinandi huiusmodi testes remissiuè.*

De teſte muto, ſurdo, linguam non habente, aut ſermone extraneo loquente, & quomodo examinari debeat. Caput Sextum.

1 SI teſtes † ſint muti, aut ſurdi à natiuitate, vel ex accidenti, vel linguam habeant amputatam, vt loqui non valeant, neque exaudire;
2 † ſi quidem ij ſcribere nouerint poterunt eorum teſtimonium in ſcriptis ferre. Maſcar. de
3 probat. lib. 3. conclu. 1358. nu. 26. † ſin aliter per nutus, & ſigna mediantibus interpretib. à te deputatis, qui dictos nutus, & ſigna declarare de-
4 beant, † ſi Notarius illa per ſe declarare non nouerit, Iaſo. in l. 3. §. ignoſcitur, nu. 26. ff. ad Syllan. Chart. de execut. ſentent. cap. 2. nu, 50.
5 † quod quidem fieri poteſt, licet quidam moderni contrarium voluerint, videlicet, quod tales teſtes in criminalibus non admittantur ad ferendum teſtimonium. Chart. d. ca. 2. nu. 47. vbi de communi.

6 † Et dicti quidem interpretes adhibendi etiã erunt, ſi teſtis ſit extraneus, nec latinum, aut vulgarem, aut alium ſermonem, quem Notarius intelligat, loqui nouerit. Farinac. in opere ſuo in tit. de oppoſit. contra teſtes q. 61. op-
7 poſitione 11. nu. 50. † Quomodo autem & qua forma horum depoſitiones accipiendæ ſint, ex his, quæ inferius tibi dicam, & demonſtrabo

infra lib. 5. c.3.facillime percipere tibi licuerit.

SCHOLIA IN CAP. VI.

HAec surdorum,& mutorum materia non admodum practicabilis est ob penuriam mutorum,& elinguium in hac Ciuitate, quæ homines bene dispositos,& omnibus membris validos format, & fere nunquam vsu venit in mulieribus, quibus duplex lingua à natura cõcessa est. Vidi tamen mutum torqueri pro habenda veritate delicti homicidij sub D. Aloysio Cruceeio Iureconsulto Vicario Iustitiæ D. Antonij Rubei Capitanei Iustitiæ. De hoc plene apud Farinac. de opposit. contra testes quæstio.61.per tot.vbi plures annectit quæstiones ad rem facientes.

Accusare an possent, si suam suorumue iniuriam prosequantur, Vid. Tib. Decia. crim. tract. part. 1. lib.3. c.11. nu. 17. tit. mentis vel corporis defectus.

Et quando quis est surdus à natura, necesse etiam est,vt sit mutus, iux.not.ad l.qui discretis C.qui testa.face.poss.

An possit contrahere matrimonium,Decia. ibid. & quod possit, si bono sit sensu præditus & intellectu, consului pro affine meo Ioseph Porro filio Io. Baptistæ, & pro filio ex sorore eiusdẽ Io. Baptistæ, qui iã duas habuit vxores, & ex eis filios formosos, & bene loquentes, ita

ut fallat in his regula, quæ dicit, nemo dat, quod non habet, cum à patre absit loquela, & veluti per manus ad filios transmissa.

De mutis aliqua prodigia apud Textorem in officina tit. Muti.

An possit criminaliter puniri, si fateatur mutus per signa. Iaso. ad l. discretis nu. 10. C. qui testa. fac. remissiue. Melius cæteris hac in re præstat. qui & articulum excutit, Petr. à plaz. in epit. delic. capitulo 32. numero 17. versicul. proxime. Credendum enim magis est Doctori plene articulum examinanti. Ex eius verò nimis artificiosa & occulta distinctione colligo, Mutum si habeat aliquem intellectum, & rationem puniri posse pæna ordinaria, modo tamen delictum suum probetur per testes, & sic per liquidam probationem; secus si ipse per signa delictum fateatur. Idipsum pro constanti ponit Farinac. quæstio. 41. nu. 88. versicul. limita 11. & sub nume. 91. quod non poterit torqueri ad habendam dictam confessionem, quia frustra expectatur illud, cuius nihil operatur euentus: super quo etiam vide Sebast. Medic. tract. de fortuit. casib. part. 2. quæstio. 6. nume. 58.

Plenius verò attigit Chartar. de executio. sentent. capt. bannit. cap. 2. à nume. 44. per discursum ult. numer. à quo Chartar. multa mutuo accepit, imo vero omnia concernentia interrogationem muti, ita vt, quod ibi decer-

pſit ex eo, ſibi affatim aſcripſerit. Ita ſcriptũ eſt:

(nidi) ficatis (aues
(melli) ficatis (apes
O vos non vobis (
(vellera fertis) oues
(fertis aratra b-) oues


Ad hæc videndus Tiraq. de legib. connub. in verb. expreſs. glo. 7. num. 16. 17. 18. Lamber. teng. in tract. de contract. cor. quib. vel à iur. commun. vel à ſtat. ſin. cer. ſolennit. contrah. permiſſ. non eſt. glo. 8. in verb. mariti nu. 46. 47. 48. & in repert. Tractatuum.

Sed de his ſatis, ne ſterilem materiam raro in foro contingentem fertilem, & fęcundam reddere ſtudeamus.

Finis libri primi.



LIBER II.



LIBER II.

SVMMARIVM.

1 *Captura committitur si præcedant informationes.*
2 *Si Reus capi non potest procedit contra ipsum in contumaciam.*
3 *Modus procedendi contra contumacem remissiuè.*
4 *Ad capturam quomodo possit legitimè deueniri.*
5 *Captura hodiernis temporibus est arbitraria.*
6 *Arbitrium hoc casu quomodo regulari debeat, & quæ consideranda sint.*
8 *Regula certa non potest dari circa modum procedendi ad capturam.*
8 *Nec circa personas capiendas.*
9 *Personæ priuilegiatæ quæ.*
10 *Et an capi possint.*
11 *Mulieres non debent cum dedetore ad carceres duci, & debent poni separatim à viris, vel in aliquo loco extra carceres sub honesta custodia, & cum cautione.*
12 *Clerici an & quando capi possint à Iudice sæculari.*

In

13 *In quibus casibus potest Iudex sæcularis contra Clericum procedere.*

14 *Captura debet committi birruarijs, & alijs seruientibus Curiæ, non autem priuatis personis, & multo minus offensis, & inimicis.*

15 *Forma mandati de capiendo in Curia.*

16 *Forma mandati de capiendo extra Curiam.*

De captura reorum, & forma mandati de capiendo.

Caput primum.

1 CAptis † informationibus, & acquisitis contra reos indicijs solet deueniri ad capturam eorum, quando
2 possunt haberi, vel proceditur† cōtra eosdem in illorum contumaciā seruatis seruandis ad condemnationem, vbi haberi non possunt, quia fugam arripuerunt, vel alias sunt absentes. Conrad. de offic. præto. in tit. de contumacibus.

3 † Omisso autem ad præsens modo procedendi in contumaciam, de quo infra in vltima
4 parte huius tractatus differemus; † videamus nunc quomodo ad dictam capturam possis tu
5 legitime deuenire. † Scito igitur capturam hodiernis temporibus arbitrariam esse. Clar. qu.
6 28. vers. scias autem, circa fin. † & ideo considerata qualitate causæ, an videlicet, delictum

sit

sit occultum, an graue, an difficilis probationis, an possit causare alia delicta; & personæ, an scilicet vilis sit, an pauper, an vagabunda, an solita delinquere, an malæ opinionis & famæ, an aliqua infamiæ macula notata; & indiciorum, an grauia, & vrgentia, an proxima, an verisimilia, an clara, & huius generis, an vero è cōtra; mandatum de capiendo arbitrio tuo,
7 vel relaxare, vel denegare poteris: † non enim circa hoc dari potest certa regula & ratio procedendi. Clar. quæst. 28. vers. scias autem. in fi.
8 † quemadmodum etiam dari non potest circa
9 personas capiendas, † quamuis enim priuilegiatę illæ forent, prout sunt mulieres, docto-
10 res, clerici, & similes, † nihilominus poteris vbi delicti, & causæ qualitas suadebit ad capturam etiam contra præfatos procedere. Clar. d. qu. 28. vers. quæro, & vers. seq. quod autem di-
11 co de † mulieribus, aduertere debueris, vt ne cum dedecore adducantur, & quod ponantur in carceribus separatim à viris, vel in aliquo cubiculo Palatij Iudicis, aut in aliqua domo, sub honesta custodia, & cum fideiussione. Clar. q. 28. vers. quæro igitur. Quod dico de
12 clericis, † intellige, si habebis iurisdictionem
13 contra illos, † vel si ad effectum illos consignādi eorum superioribus. Clar. d. quæst. 28. vers. quæro, & vers. si vero.
14 † Captura autem committitur ipsis birruarijs, & sic personis publicis, non autem priua-

tis,

tis, & multo minus offensis, & inimicis. Foll. in sua pract. in verbo capiant informat.num. 14. per mandata à Iudicibus subscripta. Clar. q. 28. vers. dictum est, & vers. seq. quorum mandatorum forma talis erit, videlicet, si mandatum sit relaxandum in Curia.

Forma mandati de capiendo in Curia.

15 † De mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Almæ Vrbis Gubernatoris, siue eius in criminalibus Locumtenentis, Capiatur infrascriptus pro inditijs, & captus ad secretos carceres ducatur, nec relaxetur donec, &c. In quorum, &c. Dat. &c. die &c. Deinde ponatur nomen capiendi, cum cognomine, & patria, si talis cognitio habeatur, sin autem describatur per signa, & aliàs, prout melius videbitur, & postea Iudex tale mandatum subscribet apponendo nomen suum, puta, Marcus Aurelius de Domo Locumtenens. Quod si mandatum prædictum extra Curiam dandum sit, ampliori vtendum erit formula, videlicet.

Forma mandati de capiendo extra Curiam.

Annibal Oricellarius Episcop. Carcassonus. Almæ Vrb. eiusque distric. Gen. Gubern. & Viceam.

16 † Vniuersis & singulis Dominis Gubernatorib. Potestatibus, Barisellis, Capitaneis, Executoribus, Subexecutoribus quibuscumque cæterisque iustitiæ ministris, iurisdictioni nostræ mediatè vel immediatè, subiectis, auctoritate nostri

noſtri officii, tenore præſentium pręcipimus, & mandamus ſub pęna 500. auri ducatorũ à quolibet ipſorum auferen. & Cameræ Apoſtolicæ applican. aliiſque arbitrio noſtro imponendis, & infligendis pœnis. Non ſubiectis verò in Domino hortamur, & rogamus, vt N. de N. vbique locorum repertum capiatis, & carceretis, & detineatis, capique, detineri, & carcerari faciatis, ſub bona & fida cuſtodia pro nonnullis indiciis contra eum in actis Notarij noſtri infraſcripti exiſten. ad effectum illum, prout Iuſtitia ſuadebit, puniendi, nobis quanto citius notificantes quicquid in præmiſſis feceritis. In quorum &c. Dat. &c, hac die, &c. Poſtea manu ſua præfatus Reuerendiſſimus Dominus Gubernator tale mandatum ſubſcribet hoc modo, videlicet: Annibal Epiſcopus Oricellarius Gubernator. Nolo omittere hic te monere, vt cum populos gubernio tuo commiſſos habueris, nunquam permittas birruarios ſine mandatis de capiendo capturas facere (niſi tamen periculum eſſet in mora, vel deprehenſos caperent in flagranti) quia datur multoties occaſio maximorum ſcandalorum & iniuſtitiarum, dum iſtis ribaldis, qui nihil aliud cogitant, niſi quoquo modo pecunias extorquere, arbitrio ſuo capere permittitur. Ego ſcio quod dico. Propterea fac vt meam hanc admonitionem cordi habeas.

SCOLIA AD CAP. I. LIB. II.

Capturæ materia nulla apud Iudices, & Grapharios optabilior, qui modò habeant inditia tenui pendentia filo, eam decernere solent. licet nunc sub Ill. Capitaneo Iustitiæ Horatio Mainoldo I. C. vestigia fratris in Hispania Regentis eruditiss. calcante, angustior via sit reddita vsq; ad nauseam actuariorum, qui dicere possunt cumPoeta.

Obstupuere animi intentique ora tenebant. Cum res eorum familiaris minus augeatur. Is enim, non vt plerique veluti vigiles dracones parandis inhiat opibus; sed famæ, sed decori: nulla inter eum & satellites turpis conuentio, tamquam de quota litis, quæ cum aliquibus menstrua fuisse dicitur, non cum commentariensibus colludium. Ideoque sperandum eum apud Dominum villicationis suæ fructum centesimum recepturum.

Principe ergo loco informationes author legitimas requirit, multaque versantur in cognitione, vtrum captura sit legitima, nec nequæ singula recensere laboriosum nimis foret. De hac Clar. §. fin. q. 28. vers. scias autem, circa fin. qui magistralem præscribit methodum ante iudicum oculos semper habendam, ne errent, ne in sindicatu, in quo digeruntur errores, teneantur. Vis tu ego tibi dem, tutam & secu-

securam viam capturas relaxandi; noli precio magistratus affectare; time Deum, ne te auaritia omnium malorum radix possideat. His ducibus vix poteris errare, & cum omnes norunt, te rectam mentem habere, nullus erit, qui ad iniuriam referat, si contingat capturam à te signari, nec apud Senatum leues hæ excusationes audientur; nam sicut febricula non venit appellatione febris, vulnusculum appellatione vulneris, ita leuibus ductis indicijs, captura nullum tibi timorem incutiet, Scaccia cap. 42. num. 5. in fine.

Innumeras questiones ad materiam capturę pertinentes vberrime explicat Farinac. in qu. 27. per tot. ad quem & Scac. de iudi. in cau. ciu. & crim. cap. 42. tit. de citat. real seu captura in criminalibus, te reijcere magis expedit, quā multa amplectens nihil complecti.

Omnes tamen Iudices hortor, ne nisi vrgenti necessitate audeant aliquem detineri facere curialem iniussu Principis, nam etsi, qui hoc munus subeunt, debeant iustitiam constanter ministrare nulla habita personarum acceptione, iuxta illud Salomonis: Noli fieri Iudex, nisi virtute valeas disrumpere hominum iniquitatem; Attamen ita cauendum est, ne ipsis Principibus, à quibus pendes, displiceas, & ex alieno discas periculo, ideo Principes certiores reddas, consulas. Cautum me reddit exemplum Iacobi Philippi Brambille I. C. ac Colle-

gæ

gæ mei. Is enim cum ex causa ęris alieni seruatis seruandis capturam decreuisset contra Thesaurarium huius status generalem Cardonum, ita Princeps tamquam aliquod scelus commisisset hoc ęgretulit, vt ab officio Vicariatus Iustitię eum suspenderit, cum Princeps conquereretur ante d. detentionem suam Excellentiam debuisse moneri, qui postea inde ad modicum tempus se sponte ab officijs publicis abdicauit, & in rus secessit omni librorum supellectile etiam vendita, quod prudenter ab eo, qui multos magistratus summa cum laude gesserat, factum est iuxta illud Poetę.

Viue tibi, & longe nomina magna fuge.

In omnem casum serua ad vnguē circa modum capturæ decernendæ circumspectas considerationes. Clar. in q. 28. versi. scias, in fin. & memento; quod datur officium, non autem discretio.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra, citraque nequit consistere rectum.

Quem modū & modestiam si seruasset amicus quidam meus in solio dignitatis positus, multos habuisset, qui eius infortunia commiserati fuissent.

Nu. 14. versic. Captura autem.

Vidi tamen quoties periculum est, ne birruarii sufficiant in reo detinendo concedi, vt querelantes cum auxilio amicorum eis assistant ad exequendam capturam: quod

satis

satis de iure permittitur, iuxta not. ad l. non est singulis, de reg. iur. & late consului pro Martignono, quod consilium (si per vitam licebit) imprimetur. Addo Follerium in prax. crim. dialog. in verb. notatos capiat de persona, nume. 14. vers. item caueant, dummodo occasio scandalis non detur. Quod minime obseruarunt Iudices, qui Hispanorum militum cohortem miserunt ad detinendum Eg. Com. M. Antonium Aresinum superioribus annis ad locum Cauenaghi admisso de eorum societate Ioan. Paulo Tabula hoste suo acerrimo, qui stratagemate vtens, quod bānitus foret, destinauerat caput ei, tamquam bannito amputare, licet (Deo adiutore) opera cuiusdam rustici, qui præuiderat horum multitudinem aduenientem, illius manus euaserit summo mane delatus nudus in nemus, qui postea se consignauit & innocentiam suam demonstrauit, absolutionemque consecutus est. Vides quam periculosa fuerit licentia illa concessa præfato Tabulæ sese Hispanis in opem adiungenti. Quinetiam ita mihi persuadeo, factum illud causam dedisse, quod interiecto aliquo tempore fuerit occisus proditorie. Satius fuisset, quod hi, penes quos erat clauus Reipublicæ totius, incendium illud à principio restinxissent. Quia omne malum nascens de facili opprimitur, inueteratum fit plerumque robustius, idque in similibus discordiis nascentibus accidit, quod in

paruis arbusculis ad proceritatem auctis, iuxta illud Poetæ.

Quæ præbet latas arbor spatiātibus vmbras
Quo primum creuit tempore virga fuit.
Tūc poterat sūma manibus tellure reuelli.
Nunc stat in immensū viribus aucta suis,

Qui verò dictas discordias aluere, vitæ breue tēpus habuisse feruntur. Iam mihi in hac re tutius est silentium, quia non licet homini arcana loqui, & os in cælum ponere.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens post capturam examinari debet super iis, de quibus imputatur.*

2 *Et circa huiusmodi examen est maxima cura inuigilandum.*

3 *Constitutum vocatur reorum examen, & quare.*

4 *Laus examinantis in quibus consistat.*

5 *Iudicis diligentia, & versutia in interrogando plus operatur, quam tortura ad veritatem à reo exprimendam.*

6 *Bene examinare est difficillimum negotium, & maximi ingenij.*

7 *Ratio quare pauci reperiantur criminalistæ bene fabricantes processum.*

8 *Iudices qui omissis debitis interrogatorijs statim ad torturam deueniunt sunt nebulones magis quam Iudices, quia.*

9 *Tortura est remedium subsidiarium.*

10 *Et*

Captis reis quid faciendum, & quę obseruanda sint circa personam Iudicis, Caput Secundum.

1 CAptum † delinquentem, & in carceribus detrusum examinare debebis super iis, de qui-

quibus ille imputatur, ad effectum, vt si possibile sit, ex eius oris propria confessione veritatem habeas facti, de quo agitur. Chart. in
2 pract. interrog. reo. lib. 1. cap. 3. num. 6. † propterea erit maxima cura inuigilandum circa huiusmodi reorum examen. Chart. d. c. 3. nu. 32.
3 † quod constitutum, vulgo vocant, eo quia à verbo, Constitutus, solet initium sumere. Char.
4 in d. pract. l. 1. c. 1. nu. 6. & 7. † Namque haud modica laus est bene ordinate, clare, subtiliter, & acommodatè reos interrogare, & mediantibus interrogatoriis illuc adducere, vt vel in-
5 uiti veritatem fateantur. † Et ego cognoui nonnullos Iudices ita in hoc interrogandi genere versatos, vt nullis tormentis fere semper de plano ab ipsis Reis veritatem haberent, tuncq; dicerent se causam amisisse, cum ad tormenta deuenire ipsis necessarium foret: audiuique ipsos reos pluries dicentes sese magis horum interrogatoriis vexari & premi, & quodam modo adigi ad veritatem fatendam, quã ul-
6 la cuiusuis generis tormentorum vi, & seuitia. † Et licet videatur hoc negotium nonnullis facile, tamen experto mihi crede, quod difficillimum est, & maximi ingenii. Chart. in d. pract.
7 interrog. reo. l. 1. in præfat. nu. 3. † & ideo vides tam paucos reperiri, qui processus commendatione dignos fabricent. Sed nulla est difficultas, quam non studium & exercitatio vincat iuxta illud Virgilianum.

Labor omnia vincit
Improbus,&c.

8 † Debebis ergo patienter reos interrogare,& longa interrogatoriorum, & argumentorum serie causam examinare, sicque veritatem fa-
9 cti extorquere conari; † non autem statim ad tormenta nulla rei gestæ ratione habita prosilire: etenim aliquando dum seuerius admissum vendicare festinas, nullo legum temperamento adhibito,iniustam pœnam eligere, & innoxium indignis suppliciis afficere potes: Quod profecto impium esset,& dispendium irreparabile afferens, & nullo vnquam hominis facto resarciendum. Blanc. in tract. de ind.in epist.nuncupat. ad scolasticos legum studiosos.
10 Clar.q. 64. vers. debet etiam. † Consideres velim torturam esse remedium subsidiarium, quod ita vocatum fuit, quia tunc solum ad illud confugiendnm esse voluerunt maiores nostri, quādo alia remedia fuerunt frustra tētata.

Vt igitur ad rem proprius accedam. Vellem ego quidem veras tibi tradere regulas, certamque præscribere methodum interrogandi reos;
11 † verum cum facta, & negotia, super quibus examina fieri contingunt,tam varia sint,crede mihi, non potest ab aliquo certa ratio, & methodus præscribi, l.neq; leges,cum glo.magna. ibi.ff.de legi.Ne tamen hinc inanis abeas nonnulla generalia in medium tibi afferam, vnde artem quandam, & regulam interrogādi haud

difficulter poteris per temetipsum haurire, & colligere. Arg. tex. in l.non omnes,& l.seq. ff. de legi.

12 † Tria igitur tibi ante oculos consideranda propones.

Primo, personam tuam examinare, & interrogare volentis.

Secundo, personam rei, ad quem examinandā te confers,& à quo veritatem cupis elicere.

Tertio, negotium, & causam,quæ tractatur.

13 † Quoad personam tuā, illud in primis monitum te volo,vt Deum timeas,animam mundam habeas, mente & corpore in opus, quod aggrederis incumbas, veritatem solam, prout superius dixi,perquiras. Clar.in pract.inter.reorum.lib.2.c.1.nu.2 &seqq. teque illius tantummodo indagatorem esse,ac ministrum Iustitiæ, hoc est ipsius Dei optimi maximi, à quo omnis dimanat iustitia, memoria semper repetas.
14 Scap. de iur.non scrip.lib.5.c.122 nu.6. † deinde ita te ad examen accinges, vt omni passione penitus spoliatus existas, nullamque habeas personarum acceptationē. Foller. in sua pract. in verbo student se ornare,nu.5.sed ipsos reos, siue pauperes sint, siue diuites, siue nobiles, siue ignobiles, siue priuatos, siue in magistratu constitutos æquis oculis aspicias, acsi nullum inter eos discrimen intercederet. Foller.vbi su-
15 pra d.nu.1. † Nunquam te timidiorem ad veritatem indigandam faciat ipsa nobilitas, ipse megi-

magistratus, ipsę diuitię; nunquam te ad illam reperiendam temerarium, & præcipitem reddat ipsa paupertas, humilitas personæ, aut dignitatis deficientia, sed omnes reos, ita semper habeto, ac si eiusdem essent qualitatis, status, & conditionis, eademq; seueritas, & grauitas, ac maiestas sit tibi semper erga quoscunque. Foller. in d. verbo studeant se ornare. n. 6. † Non
16 tamen malè te facturum auderem asserere, si aliquanto vrbanius cum nobili, quam cum ignobili te gesseris, puta sedētem examinando, vultum pacatiorem præteferendo, verbis lenioribus vtendo: mouet enim quandoque modestia Iudicis eum, quem rigor duriorem reddidisset. Et familiariter etiam cum reis agere
17 caueas, † quia inde contemptio nascitur dignitatis, Chart. in pract. interrog. reo. lib. 2. c. 3.
18 n. 7. & 8. † Impunitatis promissione nunquam reum ad confitendum compellas, præsertim
19 si promissam impunitatem minime præstare possis, aut velis: est enim quædam proditionis species, à qua Iudices Deum timentes semper vidi abstinere, & quidem meo iudicio rectè, †
20 sed melius faciunt illi, qui vbi casus occurrit, & plures sunt complices alicuius grauis facinoris, & difficulter veritas haberi potest, consulto Principe, & de eius mandato impunitatem confitenti pollicentur, & ita ergo fieri vidi à magnis viris.

21 † Præterea bene aduerte, vt criminis de quo

agitur, naturam, eiusque qualitates, & circumstantias diligenter possideas, Chart. d. pract. lib. 2. cap. 2. n. 1. indiciorum ex processu resultantiũ plenam notitiam habeas, illaque memoria teneas, vt plenius, & facilius tibi interrogandi, & arguendi suppetat materia. Chart. d. pract. lib. 2. cap. 2. n. 2.

22 † Postremo illud omnino obseruabis, vt dũ processus formatur, illius semper summarium conficias, ita enim quasi in speculo facillimè in eo videbis, quid faciendum, quid omittendũ sit, quid plenius, quid leuius attingendum, processum cum maxima tuo honore ad debitum finem perduces.

SCHOLIA IN CAP. II.

Miro quodam & facili ordine prosequitur auctor, quale debeat esse munus iudicis in examinando, in quo plus valet hominis prudentia, ac iudicium à natura ingenitum, quã librorũ assidua reuolutio. Animaduerti enim aliquos & si doctos, attamen ita obtusos, vt quicquid potius eis esset committendum, quã vt reum aliquem examinent. Quis doctior F. Gamberana Senatore olim publico professore in Ticinensi Gymnasio, ac in iure Canonico præceptore meo. Quis eo tardior in excipienda negociorum forensium qualitate? quam suam tarditatem ipsemet accusabat. Si literarũ

peri-

peritiam, & eloquentiæ vim requisiuisses, nullus ei erat præponendus. Si tamen processus criminalis ei formandus erat, criminales Notarij ad eum accedere recusabant, quod tanquam bos antiquus grauiter figeret pedem, qui super singulis insisteret, quæ momento temporis erant percipienda. Quantum, ergo possit hæc diligentia multoties sum expertus, paucis præsertim ab hinc diebus, quibus detinebatur quidam pistor, qui puerum ann. 12. in via publica prope locum S. Albini ab hac Ciuitate per 10. milliaria distante occiderat. Cum vero nulla, aut leuissima inuenirentur indicia, hoc dempto, quod visus erat super equa, simili illi, quæ à puero ablata fuerat, per noctem fere integram illius examini ita incubui, vt cum postea fassus fuisset, adhibito taxillo professus fuerit, se illud delictum confessum fuisse, non quæstionibus victum, sed ex vehementia adhibita per me, & in examinando, & interrogando, nec intermissa diligentia: non quia tormentorum vis in eo aliquid operaretur, qui corpus ad ea induratum habebat. Tādem ad caudam equi alligatus per hanc Vrbem tractus, pœnas dedit tanti sceleris.

Huius examinis plura habes apud Carthar, hic add. à quo author collegit.

De examine, quod Constitutum appellamus, loquitur. Clar. q. 45. vers. Scias autem, & quo tramite debeat Iudex procedere in examinan-

do, multa Clar.ibi. verſ.debet autem Iudex.

Plurimas autem quæſtiones huc pertinentes examinat Scacc.cap.88.pluries à me citatus.

Nu. 12. Tria.

DE timore Dei,quem debet habere Iudex, tradit idem Scacc. nu.4.verſ. Debet, & denique cætera requiſita plenius,quam his cō-memorat.

Num. 18. Impunitatis.

CAutelæ,ſictiones, ſimulationes an ſint licitæ,in interrogandis reis, & an liceat Iudici promittere reo impunitatem ad eruendam veritatem delicti, & confeſſio extorta noceat reo quoad pœnã. Scacc.d.cap.86.nu.35.36.37.

Num. 20. Sed melius.

HAec impunitas Mediolani non conceditur,niſi vbi difficulter veritas haberi poteſt delinquentium: & licet ſit de reſeruatis Principi, attamen non ſolet concedere, niſi cōmunicato negotio cum Senatu Excell. qui iuxta criminum qualitatem eam concedendã eſſe, vel denegandam à Principe conſulit.

Concedit etiam his impunitates ad tempus quas ſaluum conductum appellamus, reis, qui detegere ſocios criminis ſunt parati, puta ad menſem. Et plures ſunt horum ſaluorum conductuum,quas fidantias etiam appellamus,formulæ in formulario Senatus Excell. manuſcripto,ac dono dato à M. Antonio Lampugnano legum ſtudioſo ex ſorore nepte mihi cariſ-

ſimo

ſimo, quod adhuc penes me ſeruatur.

Parũ tamen eſt fidendum de his impunitatibus, nam permultæ inueniuntur cauſæ ad eas euertendas. Et memini ſuperioribus annis fuiſſe inductum quendam iuuenem Compoſtanum nomine à quodam Cauſidico, qui eius defenſionem ſuſceperat, ad confiten. quod ipſe vna cum aliis ſociis exſpoliauerant nocte domum cuiuſdam Ianuenſis locupletiſſimi. Erat enim hic carceratus ex conſcientia Ill. Præſidis Senatus Iacobi Ricardi, nullis contra eum exiſtentibus indiciis, mox relaxandus. Fuit publicatum eo tempore edictum Principis, quod, qui in claro poſuiſſet d. rapinam, impunitate gauderet, etiam quod eſſet carceratus, modo non eſſet principalis. Perſuadente Cauſidico (vt fertur) pretio corrupto, ac colludente cum Ianuenſi, confeſsus eſt; de quo Cauſidico apud me illachrymans conqueſtus eſt. Denique ad furcas traditus fuit, tamquam non purificaſset conditiones in impunitate appoſitas. Pro eo reddidi conſiliũ parum ab euentu fructuoſum; non piget tamen illud inſerere meis reſponſis propediem euulgandis.

Rurſus cum quidam iuuenis Io. Baptiſta Gãbaloyta fuiſset imputatus, quod de mandato fratris ſui Octauij Phyſici in inſidiis poſitus vulneraſset eam, quæ d. Medici amaſia erat, & pro hoc mandato detineretur, obtinuit impunitatem à Sen. Excell. & cum eſset bannitus

capi-

capitaliter ob accipitres ed stratam ereptos inftitori, eg. ac primarii Patritii nostri Hermetis Vicecomitis, & sponte constituto sub fiducia impunitatis, compertum est, quod fuerat concessa contra stylum Cancellariæ per errorem, nec solere, nec debere Senatum inconsulto Principe d. impunitates concedere. Tunc me timor inuasit, ne quid culpæ meæ adscriberetur, qui tamen diligenter inspexeram, & preces compilaueram, & legeram decretum Senatus iuxta supplicationem. Tandē Senatus statuit ei terminum ad recedendum è carceribus trium dierum, vel ad deliberandum, an vellet vti beneficio dictæ impunitatis. Consului, vt citra moram recederet, nec mortalium vlli salutem suam committeret. Paruit ille, qui postea super territorio Cremensi occisus est. Post illud tempus nunquam amplius sum ausus quempiam in carceribus sub auspicio consiliorum meorum præsentare, & adhuc in eadem voluntate, & sententia permaneo, permaneboque, cum periculosa sit res accusatos ad carceres adducere, quos haud certo scias te è carceribus educturum. Neque enim mihi vnius è nostratibus Doctoribus exemplum insequi videtur, quo Consultore, cum cliens suus carceres ingressus fuisset, & ab eo magnam pecuniarum quantitatem habuisset, tandem ad perpetuas triremes damnatus est: quo audito per Doctorem consulentem in hæc verba prorupit, Sta

troppo

troppo bene, meritaua esser appicato; ch'egli era vn ghiotto degno di mille morti.

De hac impunitate, & an expediat concedi, plura apud Gregor. Magalot. de saluo conducto. Farinac. de carcer. q. 28. fere per tot. Iacob. Menoch. conf. 100. nu. 198. lib, 1. & de arbitr. iudi. cas. 337. vbi late agit de impunitate concedenda bãnito, quando concedi possit, & de pęnis violantium saluos conductus, & ad quæ trahatur. Surd. deci. Mantuan. 307. conceditur, Ioachim. Minsing. obseru. 82. Censit remiss. Plura in famosissimo consilio Tib Decia. 96. vol. 2. quod responsum redditum est in causa coram Senatu amplissimo vertente, à quo petebatur per Capit. Vincentium Locatellum Cremonensem saluus conductus pro aliis delictis, præterquam à rapina, (quam robariam appellamus) cuiusdam Hæbrei. Verum negata fuit prædicta impunitas (vt audiui) & sæpe mihi euenit petere saluos conductus pro vno delicto remanente condemnatione quoad alias condemnationes, secutas, dicebamque nil deperire Fisco, quòd indulgeretur securitas hęc pro vno delicto tantum, attamen nunquam impetrare hoc potui, etiam quod præsentatio illius vtilis foret, & necessaria alteri, qui de eodem delicto ab eo cõmisso arguebatur, & plurimum sit deferendum hominum innocentiæ: & scio quod in causa Egr. Iacobi Sicci imputati de homicidio, & confessi, cum adducere-

retur confeſſionem eſſe extortam per tormenta exquiſita coram D.Fiſcali Serponto,& eum, qui occidit, paratum eſſe ſe conſignare, modo reſpectu aliorum delictorum impunitas concederetur; attamen à Senatu Excell. repulſam paſſus eſt, & caput ei fuit amputatum, quem vere reor fuiſſe illius homicidii innocentem,licet ipſe eam mortem pie tempore ſupplicij aſcriberet alijs delictis occultis, quorum pæna ad eam vſque diem dilata fuerat. Quod totum pendet à prouidentia ſummi illius Opificis

Solebat etiam Senatus concedere ſaluum conductum homicidæ volenti facere pacem ad tempus ſeu mensē, ſed perrarò, & hoc fuit ante Cæſar. Conſtitutiones, nam poſt,nunquā. Dantur autem indiſtincte ad detegendos ſocios,& complices, vt per menſem accedere ad officiū poſſint, & ſocios criminis manifeſtare. Dantur etiam in forma pro non delatis nec indicatis,ſemperque ſolent, qui ſe conſignant,ſecum geſtare ſimiles ſaluos conductus,verentes inimicorum inſidias, & proditiones, & falſas accuſationes, vel quia immundam habeant conſcientiam.

Et nunc quidam eques ſe pro vna cauſa conſignauit cum ſimili ſecuritate:verum intetea quidam alius fuit ad carceres adductus,qui faſſus eſt, ſe in quodam Caſtro occidiſſe quendam cum eo,& exſpoliaſſe, de quo delicto,etſi non poſſit agi,ſtante ſolita ſalui conductus for-

ma

ma concessa; attamen hoc grauat satis eius opinionem pro eo delicto, pro quo se sponte præsentauit.

Conceditur etiam à Senatu saluus conductus bannito, siue alias reo, vt ad perhibendum testimonium, siue repetendum compareat, & solet addi, vt recta via incedat, neque huc illud vagetur.

Bannito etiam arbitrio Senatus conceditur vt pro alio delicto sibi imputato comparere possit.

Scias tamen in concedendis impunitatibus debere superiores prius elaborare, an aliunde veritas haberi possit, cum hoc remedium securitatis concedendæ delinquentibus sit subsidiarium, nec nisi necessitate vrgente ei locus esse debeat; quo casu etiam premia per cridas Principis reuelantibus proponuntur. Verum materiam hanc onerare nolo amplius.

Num. 21.

IVbebam ego Notarijs, dum Iudex essem, vt asterisco aliquo notarent loca testiū magis ad delictum conferentia, ita & rei, qualitates, confessiones, & iis vterentur tamquam indicibus futuræ, vel eorum diligentiæ, vel Iudicis, Dum veluti ad manum habētur ea super quibus reus examinandus est, idque maximè fieri solet eo tempore, quo fit reo monitio, namque in multas partes processus sunt dispersa, colliguntūr, & eis tenetur reus respondere. Nā

plus

plus valet inſpectio reſultantium ex proceſſu quam ſollicita digeſtorum reuolutio. Multò plura ſuppeditabit tibi Carthar. de interrog. rei lib. 2. cap. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quæ obſeruare debeat circa perſonam inquiſiti, vt interrogandi ſibi ſuppetat materia.*
2 *De his quæ ſunt corporis munera.*
3 *De his quæ ad animum pertinent.*
4 *De his quæ ſunt fortunæ.*
5 *Quæ conſideranda ante, in, & poſt delictum ad requirendum copiam interrogandi.*
6 *Loci Ciceronis facientis ad prædicta.*
7 *Qualitas perſonarum etiam normam, & modum interrogandi ſubminiſtrat.*
8 *Perſona grauis qualiter examinanda.*
9 *Perſona leuis, & ſimplex qualiter examinanda.*
10 *Doctus quomodo examinandus.*
11 *Pertinax ſuſpectus, vel verboſus quomodo.*
12 *Timidus quomodo.*
13 *Ambitioſus quomodo.*
14 *Solitus delinquere quo ordine ſit interrogandus.*
15 *Deſperatio ſalutis in reo eſt maximæ potentiæ ad inducendum illum ad confitendum.*
16 *Item ponere illi ante oculos, quod multi dicta de cauſa vexantur.*

Quæ

Quæ obſeruanda ſint circa Reorum perſonas.

Caput tertium.

1 CIrca † reorum perſonas plura erunt adducenda, quæ tibi copiam interrogandi, argumentandique ſuppeditabunt; † puta ætas,
2 ſexus, valetudo, figura, vires, natio, quæ ſunt corporis virtutes, vita, ſtudia, artes, inertia, quæ
3 ad animum pertinent, † genus affinitatis, ami-
4 citiæ, opes, honores, † quæ ſunt fortunæ munera, an ira, odio, amore, metu, ſpe, vel cupiditate ad delinquendum moueri potuerit, vbi fuerit, vbi viſus ſit, & in cuius, vel quorum ſocietate, an aliquid præparauerit, an cum aliquo ſermonem fecerit, vel aliquem conuenerit, an ſocios, fautores, participes, & auxiliatores aliquos habuerit, an in aliquo loco præter ſolitum; vel alieno tempore, aut abſque cauſa, vel cum nō conſueto habitu, aut cum certo armorum genere, aut cum aliquibus bonis, aut certa cū pecunia, vel inſtrumentis viſus fuerit, an fecerit, vel dixerit aliquid quod ad delictum inferat;
5 puta minas, iactationes, verba timorem, vel ſpem præferentia, fugam, mendacia, inueriſimilia, vel aliquid non fecerit nec dixerit, quod facere, & dicere oportebat, vel è contra, & huiuſmodi quæ reſpiciunt cauſas, & tempora, vel antequam delictum committatur; aut dum cum

committitur, vel postquam commissum est, item loca, modus, & facultates. Franc. Casen. in tract. de arte, & ratione in criminum causis
6 differendi, fol. 16. 17. & 18. † Et illa Ciceronis, lib. 2. de inuent. erunt etiam summopere considerãda, dum ait, quare, quo consilio, qua spe perficiēdi, quidque factum sit, cur hoc modo potius, quam illo, cur nullo auditore, aut nemo sit conscius, aut, cur hic sit, cur hoc ante factum non sit, cur hoc in ipso negotio, cur hoc post negotium, aut quid factum de industria, aut quid rem ipsam consecutum sit, constet ne oratio, aut cum re, aut ipsa secum, hoc huius ue rei signum sit, an illius, an huius, illius, & vtrius potius, & quid factum sit quod non oportuerit, aut non factũ quod oportuerit. Prędicta omnia affluenter ex persona rei materiam ipsum interrogan-
7 di suppeditabunt. † Præterea qualitas personarum non tantum materiam, sed modum etiã
8 & normã interrogandi tibi præbebit; † etenim si inquisitus erit persona grauis, erit diligenter, & cum aliquo etiam decore, vt superius dixi
9 examinandus: † si leuis, & simplex simplici interrogatione, & rationibus ab ipsa natura de-
10 ductis erit vtendum: † si doctus rationibus solidis, locis topicis, ex processu desumptis con-
11 certandum erit; † si pertinax, suspectus, vel verbosus, diligentius tibi insistendum erit, pluribus ille verbis, pluribus interrogationibus etiã
alic-

alienis, nempe an ſederet, quibus veſtimentis eſſet indutus,an tempus eſſet nebuloſum,an ſerenum, an locus planus, an accliuis, & alijs ſimilibus leuibus interrogationibus defatigandus erit. De his omnibus habes per Petrum Tholoſanum in ſua ſyntaxi artis mirabilis,lib. 1.cap.3. Cha. in ſua pract. interrog.reo.lib.2.c.
12 3.à nu.1. vſque ad nu.5. † ſi timidus minæ ipſum terrebunt,& ad veritatem fatendam compellent; ſi iracundus, tanto magis erit conci-
13 tandus donec quieſcat: † ſi ambitioſus, vtile erit illa deducere,vnde magis inflari eum contingat. Cha.d.c.2.nu.6.& ſeqq. Ea enim in medium afferendo, quæ ipſius ambitionem tanto magis excitant, facile ipſum reum ad veritatẽ
14 propalandam coges. † Si erit ſolitus delinquere, bonum erit quandoque non ordinatim procedere,ſed ordinem ipſum inuerterè, & cominus digladiari;iſti enim habent præſumptionem contra ſe.Blanc.in tracta. de indit.nu.246. & ſequentibus.

15 † Demum perducere reum ad illam credulitatem, maximum donum ſe à Deo Opt.Max. reportaſſe, quod non occiſus fuerit, vel alio modo perierit, vt difficulter animam ſeruare poſſet,cui cum captus fuerit facillime conſulere, illamq; ſe ſeruaturum eſſe pluribus de cauſis ſperare poteſt, & ſimilia perſæpè ilum vel inuitum ad veritatem fatendam inducat, vide Franc. Cęſen. in tract. de arte ac ratione in cri-

16 minum cauſis differen. fol. mihi 21. † Inducit etiam ponere illi ante oculos, quod multi pro crimine commiſſo, de quo ille inquiritur, vexantur, dum Curia verſatur in incerto, & ideo vt ne illi indebite defatigentur, crimen fateatur: vt ego prædicta pluries expertus ſum, & multa alia tibi quaſi arena ſuccurrent, quibus veritatem facti extorquere valeas, ſi prudens & cautus fueris omnia diligenter perpendẽdo.

SCHOLIA AD CAP. III.

SI circa obſeruationes interrogandis reis adhibendas quis eſſet verba facturus, inexplicabili ſe implicaret labyrintho, cum totam indiciorum materiam amplecteretur, quæ ſumuntur ex his conſiderationibus, quas hic cõgerit auctor. Neque enim fieri poteſt, quod vbi ignores, quæ, qualiaq; indicia ſint neceſſaria ad conſtituendum reum, vel de per ſe, vel aliis adminiculis admixta & iuncta, ſcire te poſſe, quomodo reus ſit examinandus. Magnũ eſt Chaos interrogationum, quas accommodare ad qualitatem rei, tum loci delicti, tum aliarum circumſtantiarum expedit: vnde tibi propria quorumcunque indiciorum loca diſpoſita, quæ ſit eorum natura & vis petenda ſunt. Nec credas ſingulas interrogationes ſingulis conuenire, ſed explorandum eſt in primis inſpecta qualitate indiciorum, quæ magis vni,

quam

quam alteri apta sit, & ex qua veritatem delicti magis sis habiturus, & nisi valeas ingenio, & prudentia, & de tuo thesauro aliquid proferas, nulla tibi authoris suffragabitur praxis. Scito tibi vtilius futurum ab hoc munere abstinere, quam vt inscitia tua, quę latere homines potest, palā deprehendatur. Magistratus enim virum apetit. Quod in hac Ciuitate contingit aliquibus, qui statim honoribus, quos adepti sunt, minus idonei, licet summæ forent integritatis, omnium iudicio sunt habiti, cum penderēt ab instructione aliquorum Notariorum, per quos facilè erat in manifestos errores incidere, (quód omnium insulsum est) arbitrantes scientiā à stilo regi, cùm quæ iuris sint, ignorēt

Vt autem vtiliora in hac interrogandorum reorum praxi recenseam, ac seligam; sciendum est, tenendas, promouendasq; delicti circumstantias, quas reus inficiari non possit. Nam tunc horrescit animus, expauescit, nec deliberādi consilium inuenit, sed inuitus impellitur ad veritatem fatendam, imprudensque elabitur, nesciùs sé extricare ab interrogatoriorum indissolubili nodo: est etenim magnus pauor his, qui operantur malum. Sic os obturat læsa conscientia, imponit silentium. Quod ex Fran. Pegna ad directorium Eymerici tradit. Scaccia cap. 86. n. 44. vers. duodecimo. Vnde mihi satis damnandus videtur horum. Notariorum mos, qui tot superfluas interrogationes aggregant,

& super flosculis insistunt ignari, quanta vis insit in his interrogatorijs, quæ nocentem vulnerant, sensum adimunt, neque sui memorem fere esse sinunt.

Neque accedo Scacciæ dicenti n. 45. vers. decimo tertio, licet multũ eruditè loquatur, quod grauioria interrogatoria ad finem reseruentur, nisi eo casu, quo Iudex continuat examen nulla data intermissione, tunc verè defessus illaqueatur, cum quid respondeat sibi promptum non est: nam si reliquum examen differatur in aliam diem, vires reassumuntur, ipsaque nox cogitationis mater ad respondendum instruit, responsiones captiosas suppeditat, præsertim cum negocium tibi est cum versuto, calliditate sua edocto Iudicis eludere indagationem, à Notario contendendo, vt suum examen sibi legatur, (quod Notarius facere cogitur) declarando tamen, vt per eundem. Scacc. ibid. n. 48. magistraliter loquentem, vt ad mentiendũ sit paratior. Magna est tibi opus patientia nec à reo auertenda facies, nec admittẽdum, vt aditus ad eum alloquendum cuiquam fiat. Si potes remoue birruarios, custodes rei, ne sint participes consiliorum tuorum, & præsertim quã do reus criminis participes nominat. Nosti horum naturam, moresque, qui statim in plateas in circulos omnia deferant. Deficeret magis dies, quam scribendi materia, si exactè tractare vellem, quale sit munus Iudicis circa has interrogan-

rogationes: satis est te nouisse artem interrogandi esse arbitrariam, nec certis præceptis diffinitam industriã tamen, & quæ non cuiq; patet, sed his quorũ ingenij benigna vena est. Si sapis, innumeris vsibus aptus eris.

Pauca hæc monuisse sat est, ne additiones, quæ breuiores esse debent, quam sit materia cui adijciuntur, officium suum egrediantur, ne mensuram suam seruent.

SVMMARIVM.

1 *Titulus criminis est in primis inuestigandus.*

2 *Delicta nominata sunt ea, quæ certis titulis comprehenduntur, & quæ sint.*

3 *Delicta innominata sunt ea, quæ proprio carent nomine, & quæ sint.*

4 *Stellionatus nomen omnia comprehendit crimina non nominata.*

5 *Qualitates delictorum sunt etiam consideranda.*

Quæ obseruanda sint circa rem & negotium, de quo agitur.

Caput Quartum.

CIrca rem ipsam, negotium, & delictum, de quo agitur, illud in primis attendendum
1 est, videlicet, †vt titulum criminis inuestiges. Clar. in §. 1. in princip. puta an furtum, an ra-

ptus, an homicidium, an aſſaſſinium, an adulte-
2 rium, an fornicatio ſit, & ſimila, † quæ delicta
dicuntur nominata, habent enim ſuos certos
titulos. Clar. in d. §. 1. verſ. habes etiã: † quæ: d
autem delicta reperiuntur, quæ proprio carent
nomine, verum ſub generali titulo accom-
modantur; nempe ſtellionatus, quod quidem
criminis nomen omnia comprehendit crimi-
4 na non † nominata. Boſſ. in ſua pract. crimi.
in tit. de crimin. ſtellionatus. Vbi vero crimi-
5 nis titulum repereris, † qualitatem delicti conſi-
derabis, an graue, an leue ſit, an patens, an oc-
cultum, an difficilis, an facilis probationis, an
frequens, an de raro contingens, an turpe, an
aliquo honeſtatis titulo velatum, an publicum,
an priuatum, an ex officio tantum, an etiam
ad alicuius offenſi inſtantiam de eo tractetur,
an profanum, an Eccleſiaſticum, an exempla-
re, an habeat conſequentias aliquas, an dolo-
ſum, an caſuale. Pet. Grego. Tholoſanus in d.
ſua Syntaxi, lib. 1. cap. 3. Clar. §. 1. per totum,
an in ſenem, an in puerum, an in perſonam ho-
neſtam, vel turpem, an in magiſtratum, vel in
priuatum, an à vile, an à potenti, an ab eo, quẽ
minime oportebat, an ab alieno, an à coniun-
cto, an in die feſto, an aliter ſolemni, an in foro,
an in templo commiſſum ſit, an domi, an co-
ram populo, an coram Iudice, an grauiter, an
contumelioſè, an veneno, an ferro, an igne, an
pecunijs, an ex inimicitia, an proditoriè, in qua

parte corporis secutum sit vulnus, vnde arma, vel alia instrumenta sumpta sint, quid de illis factum sit, & alia similia. Pulcherrimus text. in l. aut facta ff. de pęn. Franc. Casen. in tract. de arte, & ratione in criminum causis differendi, folio mihi 25. & 26. quibus consideratis non modo copiam interrogandi consequeris, sed etiam, quæ simpliciter, quæ accuratè tractanda sint, dignosces, quando rigorose, quando placidè agendum sit, quando ordo seruandus, quãdo ille inuertendus, & demum ipsa delictorum qualitas modò pro calcaribus ad delictum ipsum tam de plano, quam per tormenta celeriter inuestigandum, inueniendum, & puniendum inseruiet, modò processum tuum, tanquam fręnum cohibebit, ut ne nimis properè progrediaris, sed lenta quadam festinatione ad illius complementum peruenias, vt experientia manifestè te docebit.

SCHOLIA IN CAP. IV.

FAtuus esset Iudex, qui procederet contra aliquem vti delinquentem, nisi criminis tititulum, & nomen sciret, pro quo teneret. Inde laudo nonnullorum Iudicum morem, qui in præludio relationum criminalium præmittunt hoc modo.

Agitur P. R. de crimine homicidij in pura rixa &c. & sic de singulis

Hoc eo magis ſcire expedit, ne te cõſtituas in periculo, & inſipidi nomen ſubeas, & ſubditos fatiges iudicio criminali, quod ciuiliter forſan erit tractandum inſpecto decreto, quod criminaliter procedi non poſſit in re habente originem à contractu, nam terminorum ignorantia & cœcitas multas parit confuſiones.

Cæterum prudenter author poſtquam examinauit ea, quæ reſpiciunt perſonam Rei in præcedenti capitulo, nunc ſummatim tangit ea, quæ rem & negotium ipſum, de quo agitur, reſpiciunt. Hanc bimembrem diuiſionem laudat Scaccia d. cap. 86. nu. 25. quem ſi ſeruaueris ordinem, tuus inanis non erit labor, & ictu oculi te leuabis ab hac mole & pondere infarciendi ſine ordine quæcumque in buccã impræmediatè veniunt. Scire enim, & neſcire, quo ordine quid facias, non eſt perfectæ cognitionis. Teſte D. Ambroſio tutelari noſtræ vrbis. Qua in re non pigebit me pulcherrimam eiuſdem Scacciæ comparationem referre, quod extructuris ædificia non ſufficit materiam parare, ſcilicet lapides, cementa, ligna ad fabricam apta, ſed manu artificis opus eſt, quæ ſingula diſponat ordinatè, prout vnamquamque nouerit eſſe aptã, & extructioni idoneam.

SVMMVRIVM.

1 *Quomodo incipiendæ, quomodo tractandæ, quomodo perficiendæ cauſæ ſint.* 2 Om-

2 *Omnia non debent eodem modo inchoari, geri, aut absolui.*
3 *Qualitas personarum, delictorum, & indiciorum obseruanda est in examinibus faciendis.*
4 *Interrogatoria qualia esse debent.*
5 *Interrogatorijs debet strictè per reos responderi.*
6 *Interrogatoria debent pedetentim, & per gradus ad finem optatum producere.*
7 *Iudex interrogando certum scopum habere debet quo tela dirigat.*
8 *Iudex quomodo in interrogando se gerere debeat.*
9 *Instrumentis, scripturis, & depositionibus testium est conuincendus reus.*
10 Et *si prædicta desint ad coniecturas deueniendum est.*
11 *Coniectura quid sit demonstratur.*
12 *Coniecturæ loci, quæ sint in primis.*
13 *Coniectura in verisimilibus consistit.*
14 *Verisimilium partes, & membra quæ sint.*
15 *Argumentorum loci secundum Ciceronem.*
16 *Iudex in differendo cum reo qualiter se gerere debeat.*
17 *Iudex officium suum audacter administrare debet, & bebet ostendere se esse bene informatum de veritate facti de quo agitur.*
18 *Suggestiones omnino vitandæ sunt.*
19 *Et tam circa loca, tempora, & causas, quam circa personas nominandas, & alias facti circumstantias.*
20 *Confessio per suggestiones extorta nulla est.*
21 *Nisi indicia talia præcederent, vt ex illis Iudex scire posset reum tale delictum commisisse.*
22 *Quia tunc in specie licet interrogare.*

Quid obseruandum sit circa interrogatoria facienda. Caput quintum.

EX his quas supra memoraui, considerationibus, si bene illas perpendes, poteris tu
1 quidem; vt dixi,† optimè percipere, quomodo
incipiendę, quomodo tractādæ, quomodo per-
2 ficiendæ causæ sint: † non enim omnia debent
3 eodem modo inchoari, aut geri, aut absolui, †
sed secundum quod qualitas personarum, & delictorum, & indiciorum requirere videbuntur.

tur. Char.in pract interrog. reor.lib.2.c.2.n. 10. 11.Restat modo, vt videamus de ipsis interro-
4 gatoriis; † quæ quidem ita concipienda sunt, vt clara & aperta sint, singulasque complectantur res, non plures. Char.d.pract.lib.3.cap.2.nu.40, & ad ea strictè per reos respondeatur; præterea. vt eorum subterfugiis occurrāt. Char. d. pract. lib.3.cap.2.nu.41.& 42.& cauillationes tollant,
5 ac pedetentim, † & veluti per gradus eo te perducant, quo animum habueris à principio perueniendi. Char.d.lib.3.c.1.nu.10.& seq. † opor-
6 tet enim; vt habeas certum scopum, ad quem omnia tela dirigas, & iactes, Petr. Gregor.in d. sua syntaxi, lib.1.cap.2.vers.1. itaque. Franc. Ca-
7 sen.in d.tract.fol.mihi 28. † & quandoque erit statim ad ipsam deueniendum, quandoque erit prius paululum vagandum, quandoq; etiā erunt nonnulla ab ipso reo quærenda, quæ sint omnino aliena, & nihil habeant agere cū negocio, de quo tractandum erit, deinde paulatim ad ipsum negotium deueniemus, & per opportuna interrogatoria veritatem elicere
9 conabimur, † & modo instrumenta, & scripturas, modo testium depositiones habebimus paratas, quibus ipsum reum cōuincamus Chart.
10 d.lib.3.cap.1.n.12.& seq. † modo ad coniectu-
11 ras prosiliemus tanquam medium intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua singulari circumstantia insurgens, vnde omnis artificiosa argumētatio depromitur. Franc. Cęse.r d. tract. fol.11.

12 f. 11.& seq. † ducendo ipsas argumentationes modo à causis, modo ab effectis, modo à coniunctis, quæ quidem ad coniecturam maximè apta sunt. Franc. Cæsar. d.fol.11. † & verisimi-
13 lia considerando, in quibus coniectura consistit, ipsorumque verisimilium partes, & mem-
14 bra, puta personas † causas, locas, facta, euenta, rerum ipsarum negociorumque naturas, †
15 præterea à toto, à partibus, à notatione, à cõiugatis, à genere, à forma, á similitudine, à differentia à contrario, ab adiunctis, à recedentibus, à consequentibus, à repugnantibus, à maiore, à minore, à pari, ab auctoritate, interrogatoria contexemus. Cic.in topicis, & in partitionibus oratoriis, illisque reum impugnabimus, & expugnare omnino conabimur. † eã
16 vero in differendo rationem, efficaciamque, ac indiciorum præsumptionem, & aliorum adminiculorum coaceruationem adhibebis: itaque reum vrgebis, & instabis, vt aduertat nullum se locum tergiuersandi habere, ac veritatem propterea fatendam esse. Chart. in d.
17 pract.lib.2.cap.1.n.77. † Vlterius, vt reus intelligat te velle omnino scire ab ipso veritatẽ, & quod eam tu probe nosti, nulloque pacto posse illũ tibi imposturam facere operam dabis. Chart.in d.pract.interrog.lib.2.c.1. nu.77 †
18 Caueto tamen in primis omni cura, & diligentia à quacumque suggestione, & ita interrogatoria tua formẽtur, vt nũquam notari pos-

sit,

ſit. quod confeſſio per reum facta, ad tui ſuggeſtionem facta ſit, videlicet, quia tu ad ita fatendum quodammodo illum inſtruxeris; ſed
19 quia re vera faſsus fuit; † & hoc obſeruabis tam circa loca, tempora, & cauſas, quam circa perſonas nominandas, & alias quaſcunque ipſius facti circumſtántias, & qualitates:
20 etenim aliàs male faceres, † & confeſſio quæ ſequeretur ex ſuggeſtionibus prædictis nulla eſſet, nihilq; valeret. Chart. in ſua pract. interrog. lib. 2. c. 1. n. 54. 68. & 69. † quod quidem ve-
21 riſſimum eſt, niſi indicia talia præcederent, vt ex illis certo ſcire poſſes ipſum inquiſitum,
22 delictum illud perpetraſse: † tunc enim in ſpecie interrogare licet, nec propterea confeſſio diceretur per ſuggeſtionem extorta, neque alicui nullitatis vitio ſubiaceret. Chart. d. pract. lib. 2. cap. 1. n. 64. & ſeq. † Circa vero ſcripturas,
23 & teſtium depoſitiones in faciem reis legendas illud te monitum volo, vt recte omnino te facturum putes, ſi aliquas circumſtantias, & qualitates tibi bene viſas retinebis, ne reus lectionẽ ſibi quodãmodo factã repetere diſcat. Char. d. pract. lib. 4. cap. 1. n. 94. † quod maxime
24 erit cauendum ipſis reis ad tormenta adductis ſiue adducendis. Chart. in dicto lib. 2. cap. 1. nu.
25 94. † ſunt enim aliqui tantę impatientię, vt in quouis mentiri, quam pati tormenta malint, & ita fit, vt etiam vario modo fateantur, vt non tantum ſe, verum alios criminentur.

†Ca-

26 † Caue tu omni conatu à suggestionibus prædictis,& ita caue, vt non solum culpa, sed
27 suspicione culpæ prorsus careas. † Aliquando tamen expressionem alicuius circumstantiæ ita mouere Reum,ac vrgere, vt ad veritatem fatendam compellatur, non inficior, cum ex dicta expressione crimen suum detectum agnoscat. Chart. d. pract. lib.2.cap.1.num.68.
28 † Erit igitur prudentis examinantis arbitrari, quando exprimendæ sint qualitates,&circumstantiæ prædictæ, Char.d.lib.2.c.1.nu.68.in fin.
29 † Sed certe meo iudicio recte,& prudenter feceris,si ab expressione omnium qualitatum,&
30 circumstantiarum vel omnino cauebis,†vel,si exprimere aliquas opportunum duxeris,eas interrupte, & quasi primis labiis attingendo re-
31 censebis:† Quod idem,vt dixi, obseruandum etiam erit, si super sociis interrogare volueris, nullus enim nominari debebit, sed alias generaliter interrogando veritas de illis erit perquirenda,text.in d.l.1.§.in causa tributorum, vers. qui quæstionem.ff.de quæst.puta examinando Reum, an solus esset, an aliquis alius cum eo, quot essent numero, quo mandante, vel auxiliante,vel procurante fecerit; dicat socios,auxiliatores, mandatores,& fautores, & sic aliis similibus generalibus interrogatoriis nomina sociorum prædictorum ab ipso Reo legitime habebuntur, & suggestiones euitabuntur.d.§. in causa, & per Iac. de Beluis. in pract. crimin.

in

32 in tit.de quæst.nu.50. verf.fextus eft: †bene verum eft, quod, fi contra certos extarent indicia, poffent tunc quidem illi nominatim fpecificari, nec dici poffet hoc cafu ob fpecialem interrogationem fuggeftio aliqua facta. Blanc.in
33 tract.de indit. nu.382.in fin. † Vlterius debent interrogatoria habere quemdam ordinem, quo ad finem, quem exoptas, peruenire com-
34 mode poffis. † is autem ordo, quia perfæpe caufis, occafione, neceffitate, & refponfionibus reorum mutari folet, & modo continuatim, modo diuifim, modo directo, modo per obliquum ducitur, non facile doceri, & demonftrari poteft. Char.d.pract.lib.3.c.1.nu.10. & feq. aliqua nihilominus inferius ad ordinem prædictum comparandum tradere conabimur. Videamus igitur de forma cōftitutorū.

SCHOLIA IN CAP. V.

CVm interrogandi materia fit fatis ampla, ideo breuibus non poteft perftringi, vt conatur author; magis tamen neceffaria ex authore confirmabo. Quale illud effe, quod interrogatoria debeant effe clara & aperta; non perplexa & obfcura, & quæ incertitudinem pariant. Nam quæ dubia funt, in fauorem Rei interpretanda funt, quia intentio Fifci debet effe clara, not. ad l. vlt. C. de probat. quia in dubio contra Fifcum eft pronunciandum

dum. l. non puto, ff. de iur. Fisci. Qua in re cauendum est, tamquam ab igne, à sophisticis interrogationibus, & nisi negotium tibi sit cum docto homine ac litterato, quo casu si aduerteris istum modum interrogandi ad eruendam veritatē esse vtilē, eo vti poteris. Quicquid sit, quando interrogatio, vel responsio sit intricata & obscura; tū Reus responsurus prius poterit à Iudice petere, vt declaretur interrogatorium obscurum, & amphibologicum, quam Iudex ipsum Reum ad respondendum cogat; cum hæc duo sint correlatiua, vt colligitur ex Carthar. hic citat. & Pegna post Eymeri. in direct. inquisit. par. 3. nu. 88.

Non procul à præcedente inspectione est, vtrum fictionibus vti possit Iudex pro extorquenda veritate, & fallaciis. ac cautelis. Distingunt omnes ius honestum, & inhonestū animę pernitiosum. Quale autem illud dicatur, hoc totum arbitrio Iudicis committunt, qui iudicabit inhonestum illud esse, pro quo imminet periculum morti, aut famæ, quæ morti assimilatur. Et Aduerte (rogo) quod non sunt consilia ab euentu ponderanda, prout faciunt multi imperiti. Quia non propterea laudabimus Carolum illum magnum, siue fuerit primus, siue secundus, qui in animum induxit, patrem & filium de homicidio accusatos suspendi facere, ex quo factum est, vt pater se fuisse homicidam prodiderit, vt filium à pœna redimeret, etsi enim

enim hæc fictio bene ſucceſſerit, non tamen laudanda, vti periculoſa, de quo penes Præſid. Menoch. de arbitr. iudi. caſu 270. nu. 15. Carthar. lib. 2. cap. 1. nu. 48.

Sub incude ſimulationis cadit promiſſio impunitatis, à qua Iudex abſtinere debet, tradit Clar. q. 55. verſ. allegare, cum duobus verſicu. ſequen.

Hæc quoque prima eſt ſuggeſtio, de qua latiſſimè, quando ſit prohibita, vide Scacc. d. cap. 86. nu. 78. vbi etiam quando dicatur.

Hac mecum nuper vſus quidam Syndicator vnius ex Perill. Senatoribus, neſcio quo delapſus, cum me accerſiri iuſſiſſet, meque viſo dixit: ſiamo informati, che voi hauete dato denari al Senatore nella cauſa di Rinaldo N. Dicendo, che gli hauete dato, andarete à caſa, dicendo di non hauergli dato, reſtareto qua in prigione. Cui ego ex tempore reſpondi: Dunq; dicendo, che gli hò dato denari, & che gli habbi tolto, dirò vna gran bugia: ma dicendo, ch'egli, mentre io gli hò offerto, gli hà ricuſato, & me ne hà anco fatto riprenſione, perche io gli voleſſe dare, dirò la verità? Però è meglio reſtarne quà prigione con la verità, che andarmene à caſa infame con la bugia. Cogita an hæc interrogatio ſit ſuggeſtiua, ſit etiam impunitatis promiſſiua, quoad effectum & vim, cum ſub ſpe euitandi carceres induceret me ad falſum dicendum. Quare pro veritate

carceres tredecim dierum ſum paſſus in loco tenebroſo, cuius ſitum paucis tunc verſibus exaraui carbone in muro deſignatis. Quo tempore ſubibat mihi materia l. vlt. C. de cuſtod. Reor.de carceris ſitu loquen. Immortali gratias Deo refero, quod aduerſitates in me nihil potuere; & poſſum dicere cum Poeta.

Ad mala iampridem non ſumus vlla rudes

Recreabam in ergaſtulo animum poeſi,quam teneris per Appollinem ideſt Dei gratia mihi mutuatã,multorum annorũ rubigo pene texerat. Deerat librorum copia, mecum tamquã cum aqua, & igne interdicto actum fuit. Verſus hi ſunt pro tempore inexculti,& fere aridi, quos euulgari,& legi gratulor.

Conſcia mens recti, mentiri neſcia, pœnas
Has pro laude dabit, ſuppliciumq; feret.
Carcere recludi,rediantia lumina tolli,
Innocuo pietas, religioq; vetat.
Vſus abeſt libri, procul eſt pretioſa ſupellex
Qua ſine rara quies, nil niſi triſte ſubit.
Nocte breues adimit ſõnos,nec rodere ceſſat
Mus,redit,itq;freqẽs,nec timet ille minas
Ebria ſeruorum domino ſtertente caterua
Clamat,inurbanos mittit ab ore ſonos.
Ipſe nec abſtineo ſeruili à munere,ſerui
In partes omnes ingenioſus eo.
Verro locũ,ſterno lectum, vis cætera, cũcta
Noſtra facit(quãuis nõ bene docta)manus.
Intermiſſum olim officium, laudeſq; Mariæ

Pro-

Prostratus repeto, sæpius ore canens.
Quā precor ęrumnas iniusti carceris huius
Vt minuat, nec opē corde rogata neget.
Subleuabat tamen animum meum innocētia, & retrò bene actæ vitę candor succurebat; quæ ante exempla videram in libro Francisci Petrarchæ de gratulatione, siue remedio vtriusque fortunæ, in quo multa meminit de his, quibus ob carcerē multi prosperi euentus, honores persæpe cōtigere sed veniamus ad alia.

Eodem Cap. 5. lib. 2. n. 22. ibi, per suggestionē extorta.

QVando præcedunt indicia in specie, non dicitur suggestio, nec confessio subsecuta potest tamquam dolosè extorta impugnari; aut tamquam vitio nullitatis obnoxia. Potest ergo Iudex interrogare reum, an vulnerauerit Titium, si præcedant indicia, vt scilicet dixi, aliter non, & hoc esse extra omnē aliā dubitationē tradit Bossi. de examin. reor. n. 12. vers. prosequendo materiam, quem vide: & hoc etiam procedit, si reus esset in tortura, quia adhuc posset specialiter interrogari, tam super delicto, quam super complicibus, & socijs, retento semper themate, quod vrgeatur legitimis indicijs, vt apud Scacc. d. cap. 86. nu. 38. ver. decimo quæro. Quæ autem sint legitima indicia, diffuse tradit n. 38.

Cum ergo (vt paucis complectar) interrogatoriorū materia versetur in æquore vasto, ideo scias summo cum iudicio, & diligenti cir-

cumſpectione eis vti: multò plures enim ſunt cauſæ interrogandi, quam à Doctoribus ſint præſcriptæ, nec tibi opus textibus & gloſſis, ſed vi rationis naturalis, cui leges ſeruiunt, & ancillantur, qua ſi carere te intelligas, te ipſum corrige, & alio cogitationes tuas dirige. Non omnia poſſumus omnes. Exiſtima tamẽ te aliquid ſcire, ſi interrogandi difficultates noſti; vult enim hoc ſtudium totum hominem indefeſſum (vt dicam) Herculeos labores. multùm appoſitè de hoc differit Alex. Stiatich. in ſua prax. iudiciar. cap. 16. num. 29. vbi quod iudicio ſui intellectus percipere, & dignoſcere ſtatum, & conditionem examinandorum teſtium permagnum eſt. Idem ego dico, multo magis ipſius rei examinandi. Addo ego, vt ſupra, quod totam indiciorum materiẽ perluſtrare debes, nam eis, & eorum qualitate cognitis, perfacilè erit tibi, ſi de aliquo de'icto arguas, reum coarctare in eius examine ad reſpondendum iis, quæ tu animaduerteris facere ad reum grauãdum, nec tua methodo tam perbreui egebis.

SVMMARIVM.

1 *Principium examinis, ſiue conſtituti* Reorum *quo modo concipiendum ſit, & quæ in eo ſint exprimenda.*

2 *Forma dicti principij examinis ſiue conſtituti.*

3 *Interrogatoria quomodo extendenda ſunt.*

4 Reſ-

repetitam per contractionem deueniendum sit, & habes exemplum.

19 *Quod in alterius Rei probationem adducitur ipsum prius probandum est.*

20 *Forma probandi indicia altius repetita oratione.*

21 *Flaminius Chartarius vir eruditissimus pulcherrimè, et latissimè docuit modos, & formas interrogandi* R*eos, & super indicijs probationes sumendas.*

22 I*nterrogatoria quibus alijs modis inchoari possint præterquam per verbum illud interrogatus.*

23 *Interrogatoria aliquando non extenduntur.*

24 E*t quando liceat hoc facere.*

25 T*alibus tamen modis rarissimè vtendum est, quia denotant imperitiam, malitiam, & inertiam.*

26 *Interrogatoria non extensa nullo modo contineant suggestiones.*

27 *Rei sunt pluries examinandi, & constituendi.*

28 *Forma principij secundi, vel vlterioris constituti.*

29 *Conclusio constituti Reo facti quæ continere debeat.*

30 *Forma conclusionis constituti Reo facti.*

31 *Subscribens consentire videtur ijs, quæ continentur in scripturam, quam subscripsit.*

32 *Et præsumitur, quod illam legerit, & contentorum in ea notitiam habuerit.*

33 *Et si dicat, quod fuit deceptus, & quod non legit debet probare.*

34 *Signum Crucis factum ab illiterato idem operatur, quod subscriptio extensa facta ab eo, qui litteras nouit.*

35 *Fiscalis assistens solet protestari in finem constituti.*

36 *For-*

36 Forma dictæ protestationis.

37 Iudex antequam absoluat constitutum cum Reo, debet repilogare in vltimis interrogatorijs omnia indicia, coniecturas, & probationes, & iura pro Fisco facientia, quæ deducta, siue acquisita fuerunt in processu.

38 Forma talis epilogi.

39 Reum, qui incipit fateri, non debet Iudex dimittere sed eius confessionem etiam omisso prandio, cœna, vel somno integraliter absq; intermissione recipere.

40 Et ratio quare, & 41.

42 Reus respondens, & dum fatetur, non est interrumpendus, & ratio quare.

De forma constituti, tam primi, quam secundi, & eorum conclusione.

Caput Sextum.

1 PRincipium examinis, siue cõstituti ipsorum Reorum, ita formandum erit, vt in eo exprimatur tempus & locus examinis, nomen, & officiũ Iudicis examinantis, ac Notarii scribentis, nec non Fiscalis, siue eius substituti assistentis, nomen, cognomen, ætas pater, & patria ipsius Rei constituti: erit etiam facienda mentio de iuramẽti delatione per Notarium, ac de eiusdem præstatione per Reum facta, Chart. in d. pract. lib. 3. c. 3. num. 6. vsque ad nũ. 21. & talis erit forma, videlicet.

Forma Constituti.

2 † Die Dominica vltima Decembris 1595. Constitutus personaliter in carceribus Turris Nonæ, coram Mag. & Excellenti D. N. Illustriss. & Reuerendiss. D. Almæ Vrbis Gubernatoris in criminalibus Locumtenente, meq; &c. assistente Mag. D. T. substituto Fiscali.

Sẽpronius q. N. de N. de Neapoli etatis suæ annorum viginti in circa, qui delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. iurauit, fuit per eundem D. Locum tenentem.

Interrogatus, an sciat, vel præsumat causam suæ carcerationis, & præsentis examinis.

Respondit: Io non sò, nè mi posso imaginare la causa, perche io sia stato preso, & hora V. S. mi voglia esaminare.

3 † Et sic extendes prius singula tua interrogatoria latino sermone, & facies illa per Notarium scribi ad tuum dictamen, deinde quod latine scribi fecisti, vulgari sermone ipsi reo explicabis, absque eo quod dicta explicatio vulgaris scribatur, & reus respondebit suo arbitrio:
4 † quam responsionem vulgariter, prout per reum datur, ita per Not. excipi, atque scribi ad tuum pariter, vel ipsius rei dictamen curabis. Char. d. pract. lib. 3. c. 3. nu. 22. hoc modo supponendo idem interrogat. & eandem responsionem, videlicet.

inter-

Interrogatus an sciat, vel præsumat causam suæ carcerationis, & præsentis examinis. Et hoc scribitur: deinde vulgariter res à Iudice explicatur.

Vi si dimanda se voi sapete, ò potete imaginar la causa, per la quale sete stato preso; & hora habbiate da essere esaminato.

Et hoc non scribitur.

Respondit: Io non sò, ne mi posso imaginare per che causa io sia stato preso, & hora mi vogliate esaminare.

Et hoc scribitur, et sic de singulis.

Aliquando in ipso principio examinis non ponitur neque nomen, neque cognomen, aut pater, aut patria ipsius examinati, et constituti, sed opportuna interrogatoria ab ipso reo prędicta eliciuntur, et tunc describitur persona examinati, et constituti per signa, et circumstantias hoc modo videlicet.

Die, etc. Constitutus.

Quidam Iuuenis ætatis suæ, vt ex aspectu dignosci poterat annorum viginti in circa imberbis, et cum cicatrice in fronte supra oculũ sinistrum indutus infrascriptis vestimentis, videlicet et; describe vulgari sermone, vel latino eius vestimenta, vt habebis inferius. Habes infra lib.6.cap.1. nu.12. qui delato sibi iuramento, etc. et sequere, vt supra.

Interrogatus de nomine, cognomine, ætate, parentibus, patria, et exerc,

Res-

Respondit: Io mi chiamo Sempronio N. figliuolo di Pietro di N. et di Nicolosa sua moglie: la mia patria è Napoli, et il mio esercitio è di soldato, et hò da vinti anni circa.

Interrogatus an sciat, vel præsumat causam, etc. vt supra dixi.

5 †Hæc ferè semper solent esse principalia, siue prima interrogatoria cuiuscunque primi constituti prima vice formandi: post quæ vl-
6 terius procedendo poteris eundem Reum interrogare de loco, & tempore, quo captus fuit, an solus, an associatus, cum quo, seu quibus, an arma, vel aliæ res, & bona fuerint penes ipsum tempore suæ capturæ reperta, & quæ, cuius exercitii, & professionis sit, vbi habitet, cum quibus versetur, an alias fuerit inquisitus, processatus, carceratus, qua de causa, quoties, in quo loco, & de quo tempore, & sic, quomodo è carceribus exiuerit, an absolutus, vel condemnatus fuerit, an sit diues, vel pauper, an de suo, vel alieno viuat: et similia alia interrogatoria generalia facere poteris pro exordio examinis Char. d. pract. lib. 3. c. 1. num. 40. & nu. 58.
7 † Si vero Reus, causam suæ carcerationis se nouisse, respondebit, tunc interrogabis, vt illā narret, & quomodo pùtet dicta de causa carce-
8 ratum se fuisse, † & factum à principio ad fi-
9 nem explicari facies, † deinde interrogatoriis tuis ea, quæ omissa fuerint, vel non integrè, aut non clarè dicta recenseri, suppleri, & declarari

cura-

10 curabis,& in id inuigilabis,† vt facti seriem habeas distinctam,plenam,claram,cum omnibus suis circumstantiis & qualitatibus: præterea alias facto,& negotio conuenientes interrogationes annectes, vt vel ex ipsis delicti confessionē
11 † extorqueas, vel indicia aliqua acquiras, aut iam acquisita, & in esse deducta impingues, &
12 confirmes, † & super dictis indiciis erit sigillatim insistendum, non tamen omnia erunt vno examine absoluenda, (nisi leuitas causæ suadeat) quinimo aliqua poterunt in primo examine leuiter tāgi,†& statim ad alia transire illis omissis,postea in alio examine omissa repetere & plenius discutere oportebit. Chart.d.l.3.c.1. n.10.& seq.& sic lento gradu ad factum ipsum per opportuna interrogatoria deueniendū erit.
13 Responsionibus autem, quæ per Reum dabuntur,illa erunt opponenda, quæ vel falsitatem,vel impossibilitatem,vel improbabilitatē, aut inuerisimilitudinem dictarum responsionum coarguant; dicemus etiam, causam non allegari,quare falsa credi non debeant ea, quæ ipsi respondent Rei, demum nec veris proxima in responsionibus contenta, nec ipsum respondentem fidem mereri, replicabimus, ex quibus omnis tollitur credulitas expositionis, & orationis. Agricola de inuent. dialect. lib. 2.
14 cap. 17. & omnia annotari facies, quæ ab ipsis Reis dicta fuerint,quia illud, quod interdum tibi videbitur nihil operari, nec alicuius esse

mo-

momenti: postea intentionem tuam maximo-
15 pere iuuare compereris, † & proposito tibi (vt superius dixi) certo scopo, quem contingere animo sit, media illa excogitabis, quæ illuc reducant, eaque corroborare studueris rationibus, vel ipsi Reo insitis, vel ab extra arte petitis. Agricola de inuent. dialect. in Proemio, & la-
16 tius c. 4. † Puta, si quis de homicidio inquisitus existat, videndum erit de vtilitate, & commodo ex dicto homicidio sibi proueniente, de odio, de inimicitia, de minis, de præparationibus, de loco, in quo fuerit, de qualitate armorum, de tempore, de fuga, de fama, & aliis simi-
17 libus indiciis, † quæ deinde erunt singula opportunis mediis pertractanda, & comprobanda, semperque cautelis, & animaduersionibus superius annotatis progrediendum tibi erit, quas omnes animo semper reuolues tuo.
18 † Exemplum tibi pone de indicio minarum: certè non statim Reus de illis interrogandus est; sed aliquo circuitu ad eas deueniendum erit, altius, longiusq; et vnde nihil suspecti sit repetita percontatione priora sequentibus appli-
19 cando, et è contra: † quod enim in alterius rei probationem ducitur, ipsum prius probandum est, vt, cum id ceperit esse pro certo, fiat incerti argumentum. Quintil. lib. 5. oratio. institut. cap.
20 12. † Erit igitur in hunc, vel similem modum interrogandus. An, videlicet cognouerit, & cognoscat Ciccum Fabiani de tal loco, & à
quan-

quanto tempore citra, & quæ fuerit causa cognitionis, an cum illo habuerit vnquam aliquid agere, an habeat cum eo litem, & controuersiam, de qua re, cuius momenti, & quantitatis, à quanto tempore citra, coram quo Iudice, an in dicta lite sit actor, vel Reus, & si Reus, an ægre ferat dictam litem sibi fuisse motam à præfato Cicco, cur ægrè tulerit, an cum aliquibus ex causa dictæ litis sibi à Cicco motæ sermonem habuerit, dicat cum quibus, quos sermones, & quæ verba locutus fuerit, quot vicibus, in quibus locis: & si negauerit, interrogabitur, an cognoscat Garparem Alexandri, & à quanto tempore citra, an vnquam in eius domo fuerit, de quo tempore, quot vicibus, & ad quid agendum, an vnquam comederit in domo dicti Gasparis, quot vicibus, quibus aliis interuenientibus, quo tempore, & quo die, quos sermones habuerint inter prandendum, & illos explicet, an de dicto Cicco habitus fuerit aliquis sermo, & qui, qua occasione, an super lite per dictum Ciccum sibi mota factus fuerit sermo aliquis, & quis, à quo fuerit in medium allata occasio loquendi super dicta lite, quid ipse dixerit causa & occasione dictæ litis, dum sic de illa sermo haberetur, an aliquid dixerit contra præfatum Ciccum, an contra illum minatus fuerit, & quibus minis: ad quas ita ex ore Rei extorquendas altius, vt dixi, repetita percōtatione progrediendum est, prout, & in aliis

extor-

extorquendis indiciis in quocumque crimine, ita est laborandum, vt vna eademque regula in omnibus deseruiat. Chart. in d. pract. lib. 3. c. 1.
21 num. 73. † De quibus omnibus quoniam pulcherrimè, & latissimè pertractauit Flaminius Chartarius vir eruditissimus modos omnes, & formas apponendo in sua practica interrogandorum Reorum. Est. lib. 3. cap. 3. per totum, ad illum te remitto, nihil enim amplius scirem dicere, & volumen hoc præter intentionem
22 grandius redderem, ideo ad alia transibo. † Aduertere igitur te volo, quod aliquando loco verbi interrogatus solet dici. & Domino dicẽte, vel, & Domino replicante, vel, & Domino subiungente, vel, & sibi per Dominum dicto, siue replicato, vel, & cum Dominus sibi diceret, & similia, & circa huiusmodi modos non fit differentia, dummodo semper interrogatorium extendas, puta, & Domino dicente, vt ipse constitutus facti seriem totam recenseat.

Respondit, il fatto passa, &c.

23 † Bene verum est, quod quandoque non extenditur interrogatorium, sed simpliciter dicitur, & opportunè interrogatus, & ad opportunã Domini interrogationem, & ad aliam interrogationem, vel subdens interrogatus, & cæteris id generis modis vtimur breuioribus explicando vulgariter oretenus ipsi reo id quod quæritur, absq; eo quod in scriptis redigatur.
24 † Sed tales modi raro quidem, non prout ali-

qui

qui faciunt passim ad eorum imperitias, malitias, suggestiones, & iniquitates tegendas, sed tunc tantummodo vsus recipiendi, & admittendi sunt quando reus interrogatur, vel vt suppleat responsioni iam datæ, vel vt illam declaret.
25 † Erit igitur illis quanto rarius poterit vtendum, quia, vt dixi, & malitię, imperitiæ, & inertiæ signa sunt non modica. Chart. in d. pract.
26 lib. 3. c. 3. n. 21. & 27. † & in primis caueto, ne quas sub istis breuibus interrogādi modis suggestiones facias, quas euitandas esse iam sæ-
27 pe monui, & sæpius etiam monebo. † Quoniā vero, vt supra dixi non semel tantum, sed pluries examinari, & constitui solet reus, idcirco etiam secundi examinis, & constituti formam, cui aliorum posteriorum quoque examinum formæ similes erunt, tibi supponam, & erit talis videlicet.

Forma principij secundi Constituti.

28 † Constitutus personaliter vbi supra coram quo supra, assistente quo supra, & hoc si simus in eisdem carceribus, & coram eodem Iudice, & assistente eodem Fiscali, alias apponetur nomen ipsius Iudicis, Notarij, substituti, & loci examinis, vt in prima Constituti forma demonstraui.

Sempronius N. de Neapol. de quo alias, qui delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. iurauit, fuit per Dominum.

Inter-

Interrogatus, an se disposuerit ad veritatẽ fatendam, melius quàm fecerit adhuc vsque super his, de quibus fuit alias interrogatus. Vel: Interrogatus, an sibi occurrat aliquid ex se ipso dicere. Vel si Reus aliquid iam in alijs suis constitutis fassus fuerit.

Interrogatus, an sibi occurrat aliquid aliud dicere vltra ea, quæ in præcedentibus suis examinibus fassus fuit.

Respondit, Io non sò che mi dir altro di piu di quello, che ho detto ne gli altri miei esamini, & à quelli non voglio aggiungere, nè sminuir cosa alcuna. Deinde deuenietur ad ipsũ factum, prout supra dictum est, & vbi videbis
29 ad sufficientiam interrogasse, † absolues examen acceptando fauorabilia pro Curia, & Fisco, & quandoque etiam causam quare illud concludas allegando, puta quia alias negotijs impeditus existis, vel tarditate horæ prçuentus fuisti, & quid de ipso reo constituto fieri mandes exprimendo, ac facultatem tibi eundem iterum, & quandocunque examinandi, & constituendi reseruando hoc modo, videlicet.

Forma conclusionis examinis reorum.

30 † Tunc Dominus acceptatus, &c. pro nunc tarditate horæ præuentus, vel alijs impeditus negotijs examen dimisit, & ipsum constitutum mandauit reponi ad locum suum, vel cõsignauit custodi carcerum bene, & fideliter custodiendum, animo tamen continuandi examen, etc. vel

&c. vel animo tamen,&c.aliquando etiam addit iniuncto ipsi constituto, vt se subscribat, & tunc Notarius subiunget; prout se subscripsit, vt infra, videlicet.

Io Sempronio hò deposto quanto di sopra.

Vel iniuncto ipsi Constituto, quia dixit se nescire scribere, vt signū Crucis faceret,prout accepto calamo designauit sua manu, vt infra
31 videlicet, † Et licet ista videantur esse superflua, quia creditur Iudici & Notario; Alex. cons.147.n.4.& seq.lib.2.Ruyn cons.193.nu. 1. lib.2.nihilominus bonum erit illa apponi facere: etenim tanto magis probant ea quæ scripta
32 sunt, fuisse ab ipso deposita;† ratio autem est, quia subscribens consentire videtur iis, quæ continentur in scriptura quam subscribit, & præsumitur, quod illam legerit, & de conten-
33 tis in ea notitiam habuerit: † & si diceret, quod non legit, & quod fuit deceptus deberet ipse probare.Clar.qu.53.vers.5. est casus, &
34 †hoc idem operatur signum crucis factum per hominem illiteratum.Io.de Ami. cons.13. n.6
35 † Solet etiam substitutus Fiscalis assistens finito quolibet examine infrascriptam protestationem in fine examinis per Not. scribi facere videlicet.

36 † Præsente D.T.Substituto fiscali, & fauorabilia tantum acceptante, cæteris contrafacientibus contradicente, petente, & instante contra dictum Constitutum ad vlteriora procedi omni, etc.

37 † Debebis etiam si diligens, et accuratus examinator haberi volueris, antequam ad examinis siue constituti conclusionem deuenias in vltimis interrogatoris recolligere omnia indittia, coniecturas, et præsumptiones, ac probationes, iuraq; pro fisco facientia, quæ deduxeris, siue iam acquisiueris in ipso examine: etenim multū habet virium talis peroratio ad confundendum reum veritatem negantem, et ad ipsum disponendum, ad illam fatendam, præsertim in vltimis constitutis, quando reus est maxime vrgendus, et impellendus, ac cominus cum illo est quasi congrediendū. Chartar. in d. pract. interrog. lib. 3. c. 1. num. 56. & digladiandum, vt v.g.

Forma Epilogi

38 † Et Domino dicente, & ipsum C. monente. vt tandem velit fateri veritatem, tam circa ordinem, & tractatum interficiendi præfatum Ciccum, quam circa factum ipsum, quoniam illum interfecit.

Respondit, &c.

Interrogatus, quomodo putet posse amplius prædicta tergiuersari, & negare, cum tot vrgeāt contra ipsum indicia, & præsumptiones, & cōiecturæ, immo plenæ & manifestę probationes, ex quibus omnis se defendendi, & delictum occultandi locus sibi eripitur;

Respondit, &c.

Interrogatus, qua facie audeat se innocen-

tem

tem asserere, nihilque contra se in processu extare, cum præter alia adsint Meuij, & Titij depositiones ipsi constituto superius in faciem lectæ, qui nullo pacto prædicta dicerent, si vera non essent.

Respondit, &c.

Et sibi dicto, quod iam apparet manifeste de impudentia ipsius C. qui non solum delictum à se commissum agnoscere recusat, sed viros probos, & fide dignos, qui iuramento adstricti veritatem testificati fuerunt, falsarios audet appellare: quomodo enim modo tales illos vocat, quos sibi ad faciem adductos, & cõfrontatos, eorumque depositionem tam bene, tam clarè, & animosè confirmantes vix respicere ausus fuit pallore & tremore correptus, ideo fuit benignè monitus, vt ab huiusmodi pertinacia discedat.

Respondit, &c.

Et Domino subiungente, quod nequaquam potest de prædictorum testium fide dubitari, cum tot aliæ præsumptiones, coniecturæ, indicia, & probationes illorum testimonium comitentur. Habemus enim inimicitiam, quam ipsemet C. fatetur ex maximis causis, nempe ex lite omnium bonorum inter se, & præfatum Ciccum esse contractam, ex qua intrat præsumptio iuris, quod semper mala de dicto Cicco cogitauerit: quod quidem indicium, nullo modo per ipsum C. sublatum, aut labefa-

ctatum apparet, quare fuit hortatus ad veritatem liberè fatendam, quam videt se negare non posse.

Respondit,&c.

Et Domino replicante,quod sufficit inimicitiæ prædictæ causas extare,vt dicatur ipsum C. odio prosecutum fuisse Ciccum prædictum, maleque de illo semper cogitasse præsumatur, tanto magis, cum litteræ penes ipsum C. repertæ,& per eundem recognitæ,quas tempore suę capturæ occultare, & lacerare conatus fuit, dictum malum animum luce meridiana clarius indicent,& demonstrent;ideo dicat veritatem.

Respondit,&c.

Interrogatus,& monitus,vt ne amplius in obstinatione persistat,quia si vera essent,quæ ipse C. dicit, verum sensum litterarum prædictarū aperire nouisset, cum tamen super illarum tenore examinatus tam varia,& diuersa,impropria, & inuerisimilia, ac improbabilia responderit, ac birruarios,à quibus captus fuit, pecunijs corrumpere tentasset, ad effectum, vt litteras prædictas occultarent, quæ vt alias ostensum fuit satis clare probant tractatum habitū de interficiendo præfatum Ciccum, ac præparationes propterea factas, & loci ad scelus cōmittendum destinationem, temporisque præfixionem: ideo dicat veritatem.

Respondit,&c.

Interrogatus quomodo audeat adhuc ho-

micidiū

micidiũ prædictũ à se cõmissũ negare, cũ & signa sanguinolenta in eius domo reperta,& N. & N. sociorum ipsius C.post homicidium cõmissum fuga,& eiusdem constituti latitatio, & equi,ac pecuniarum præparatio post dictum homicidium de eius mandato per N.facta,iunctis tot mendaciis, varietatibus, & inuerisimilibus responsionibus aliisque indiciis,coniectu ris,& præsumptionibus, de quibus alia mentio facta fuit in aliis suis constitutis , & examinibus satis superque ipsum Constitutum homicidium prædictum commisisse conuincant; quare fuit monitus , vt malit veritatem tandẽ fateri, quam vlterius in obstinatione, ac pertinacia persistere.

Respondit, &c.

Tunc Dominus sedens acceptatis, etc.Et dimitte examen cum decreto de quo supra est, eodem nu.30. vel, si volueris ipsum reum ad largam poni facere, dimitte examen cum decreto cuius infra libro proximo formulã trademus.Habes infra lib.3.Vides quomodo formãdus sit epilogus, & quomodo in eo enumerãda sint indicia , et quodãmodo coaceruanda, de quibus antea dispersè , et diffusè dictum erat,et quomodo seligantur ea,quæ grauissima sunt,et quam breuissime perstringãtur,et cum pondere, et vehementia quadam adducantur, et excitentur. Quintil.orat.iusti.lib.6.cap.1.

Si reus respondebit se velle fateri veritatem

rationibus cedens contra se allegatis, facies tu illã per illũ recẽseri, et quæcũque dixerit Notario scribenda dictabis, vel per ipsummet reũ
39 dictari facies. † Circa prædicta autem illud te aduertere volo, vt cum reus delicta super quibus interrogatur fateri cæperit nũquam tu illum sic fatentem dimittas, donec omnia fassus fuerit, quæ requiris, etiam quod prandium, cœna, somnus, aut quid aliud omittendum esset, aut differendum. Chart. in d. pract. lib. 2. c.
40 2. num. 20. quoniam, † vt dicit ille auctor, inter
41 os, et offam multa contingere possunt, et † data reo dilatione, vel tempore ad deliberandum, et de se maturius cogitandum sæpe id amiseris, quod pluribus laboribus fueras consecutus.
42 Char. d. pract. lib. 2. c. 2. n. 20. † propterea eũdem interrogationibus respondentem ne interrumpas, remoratur enim interruptio illa fatentem, et quandoque reuocandi, et recipiendi se ab incepta confessione suggerit consilium, sed alijs tuis interrogatoriis perfectam, et absolutam confessionem habere procurabis. Chart. dicto lib. 2. cap. 21.

SCHOLIA IN CAP. VI.

Sextum hoc caput familiare est admodum, & accedariũ actuarijs qui, diem ferè cõtinuum in ijs præambulis, & præludijs conterunt, quorum res agitur dum multorum folio-

rum

rũ paginas repleat, cumque dixeris eos sollicitos in rem Fisci, & confirmandi, non autem infirmandi iudicij, vt per authorem nu. 11. omnia te dixisse puta; nec longo verborum apparatu egebis. Modum quoque examinandi per extensum tradit Scaccia c. 86. num. 13. post Carthar.

Num. 23.

QVòd autem ad interrogatoria an debeāt extendi, scias emanasse ordinem Regiũ vt extensè scribantur omnia, qui tamẽ parum obseruatur, sicut nonnulli alij ordines, qui paulo post exolescunt. His accedit, quod integra depositio scribenda est, non pars, & expressa Regni Neapolitani constitutione cautum est, vt actuarij integras testium depositiones tam pro Fisco, quam contra scribant; & super toto negocio testes examinandi sunt, vt inde etiam rei innocentia possit emergere: quod & supra in cap. .. monuisse, & designasse me arbitror. Foller. in prax. Dialogi. in verbo, capiat informationes num. 54. & in verbo, & si cõparent ante contumaciã n. 4. vbi quod reus potest diuersis vicibus examinari, & Scacc. d. cap. 86. n. 64. vers. 28. & semper responsiones in actis sunt redigendæ per Actuarium vna cum circumstantiis, si pauide, si titubanter, si pallide, & huiusmodi.

Et simili scribendi formula vtaturNotarius: Et tunc Iudex mandauit mihi vt scriberem, quod dictus reus mutauit faciei colorem. Licet indicia hæc non sint admodum tuta, cum ex pluribus causis possint prouenire, vbi ibi apud Foller.n.5.Simanc.de Cathol.instit.tit.44.n.15. vers.deinde, vbi præscribit modum inquisitoribus hæreticæ prauitatis, vt omnia interrogata, responsa, dictaque reorum à Notarijs conscribantur.

Num.42. Præterea.

NOn esse interrumpendum reum monet Scacc. d. cap.86. n.3. vers.5. quia Multa cadunt inter calicem, supremaque labra: nam si spatium etiam modicum des, nouum possunt rei inire consilium, & pœnitere eorum, quæ parati erant dicere, si Iudex continuasset. Ideo nō abs re iubētur Iudices non discedere à reo confessuro, quandiu eius examen sit absolutum. Hoc mihi euenit in causa cuiusdam appellati il Caporale Bottazolo, de sodomia imputati; dum enim taxillo adhibito cæpisset velle aliquid fateri in tortura, impetrauit à me, vt deponeretur, spondens se confessum iri omnia. Mox vt collegit spiritum in negatiua persistit. Cū verò me abdicassem ab hoc munere (videbam quippe genium meum auersari hanc torquendi normam) sponte (cum liberatus fuisset ex eo, quod in tormentis indicia purgauerat) confessus est, se hoc beneficiū

sensis-

sensisse ex illa parua respiratione ei concessa, cum alioquin fateri paratus esset. Verum is paruo interiecto tempore interfectus est.

SVMMARIVM.

1 *Reus recusans respondere Iudici an possit cogi.*
2 *Et quid facere debeat Iudex.*
3 *Et quibus remedijs cogere possit reum ad respondendū.*
4 *Recusare autem dicitur Reus non solum quando non respondet, sed etiam quando minus congruenter respondet.*
5 *Reus per verba clara & præcisa respondere tenetur.*
6 *Reus recusans respondere est primo monendus, deinde cogendus per opportuna remedia.*
7 *Formæ quibus vti poterit Iudex in adhibendis dictis remedijs, vt Reus respondeat.*
8 *Sæpius cogitur Reus per torturam ad respondendum quando recusat.*
9 *Indicia qualia debent præcedere, vt* Reus *possit torqueri ad effectum prædictum.*
10 Reus *legitimam causam allegans quare nolit respondere cogi non debet.*
11 *Item si prius non constet de delicto.*
12 *Potest autem cogi non solum quando interrogatur super facto substantiali, sed etiam si interrogetur super qualitatibus substantialibus de quibus verisimile per est ipsum posse recordari.*
13 Reus *qui vna vice interrogatus respondit, an si denuo super eisdem interrogetur, & nolit respondere, cogi possit.*

14 *Et*

Quid faciendum si reus omnino respondere recuset, aut non vult congrue, & precise respondere: et de pluribus formis cogendi illum ad respondendum.

Caput septimum.

1 EVenit † quandoque quod Reus respondere interrogatoriis sibi per iudicem factis recusat: quid tunc faciendum?

2 † Primo hanc renuentiam, et contumaciam à notario in ipso constituto mandabis annotari. Clart. in sua pract. interrog. lib. 3. cap. 2. n. 1.

3 † Deinde poteris ipsum reum opportunis remediis ad respondendum compellere, puta mulcta indicta, aut captis pignoribus, aut tortu-

ra adhibita, vel sub pœna confessati criminis, aut periurii, comminatione, & aliis similibus modis. Char. d. pract. lib. 3. c. 2. n. 2. & seqq.

4 Renuere autem reum tunc intellige non solum quando non respondet, sed etiam quando minus congruenter respondet: † etenim

5 Reus per verba clara, et præcisa, non autē per verba dubia, puta nescio, nō recordor, et similia respōsū dare tenetur. Chart. vbi supra num.

6 3. et seq. † Quod si factis debitis monitionibus adhuc in sua contumacia persistat, tunc ad remedia prædicta deueniendum erit. talem vero poteris verborū formulā adhibere, videlicet.

7 † Et monitus per D. vt prædictum interrogatorium euacuet pro veritate, absq; eo quod se referat ad iam dicta.

Respondit: La verità l'hò detta, et stà scritta, mi remetto à quello che è scritto.

Interrogatus, et monitus, vt sub pœna scutorum 100. vel sub pœna confessati criminis, de quo imputatur, aut sub pœna periurii, vel quia alias sibi pignora auferentur veritatem dicat.

Respondit: Quel che ho detto è scritto.

Et D. dicente, vt se disponat ad melius, et congruentius respondendum, et à contumacia, et obstinatione prædicta recedat.

Respondit: Non voglio dire altro: quel che è scritto è detto.

Et D. subiungente, vt omnino respondeat, quia

quia alias deuenietur contra ipsum ad pęnarum prędictarum, et grauaminum declarationum incúrsus.

Respondit, Io non voglio dire altro.

Et licet pluries, &pluries per D. monitus ad melius clarius, & magis præcisè respondendum, semper idem responsum dedit, manendo in dicta obstinatione, quæ ego,&c.

Tunc Dominus visa obstinatione ipsius Cõstituti, & notoria pertinacia, & Inobedientia, pœnarumque prædictarum sibi comminatarum spretu, reseruato sibi iure semper & quandocunque decernendi, & pronuniandi dictum C. notorium contumacem, & inobediẽtem, & tanquam talem pignorari, & grauari debere, vel pœnam periurii, aut criminis confessati, vel scutorum cẽtum incurrisse pro mulcta, eaque Cam. Apostol. applicandi, & incorporandi, applicarique & incorporari mandandi, & pro præmissorum executione quodcumque mandatum desuper necessarium, & opportunum relaxandi, pro nunc ad vlteriora procedens. Interrogauit,&c. Quamquam verò hi modi,& alii plures à Doctoribus doceantur, &quandoque in practica vsurpentur.

8 † Ego quidem sæpius vidi obseruari, quod pro habenda responsione ad interrogatoria facta, præsertim si comminatio pœnarum prædictarum nihil operetur, ad torturæ remedium deuenitur,

9 † indiciis etiam leuibus contra reum existen-

exiſtentibus, vel diffamatione, aut aliquo, quod ſit loco diffamationis. Char. d. pract. lib. 3. c. 2.
10 nu. 13. † vel ſi Reus legitimam cauſam non allegat, quare nolit reſpondere. Char. vbi ſupra n. 15. dummodo tamen de delicto prius
11 conſtet: † nec intereſt, an ſuper facto ſubſtantiali interrogetur, an ſuper circumſtantiis ſub-
12 ſtantialibus, de quibus veriſimile ſit † ipſum Reum poſſe recordari, quod arbitrio Iudicis remitti ſolet, & ideo circa prędicta prudentia tua verſari debebit. Chart, vbi ſupra nu. 17.
14 † Sed ſi Reus vna vice interrogatus reſpondit, alia vice denuo de iiſdem interrogatus dicit ſe referre ad iam dicta; nec vult aliud reſpondere, an cogi poſſit ad iterum reſpondedũ.
15 † Dico, quod arbitrio Iudicis pariter hoc relinquitur, † & ideo ſi caſus veniat, videbis, an Reus ſit ſuſpectus, & omnino ipſum coges de
16 nouo reſpondere, & reiterare iam dicta, † præſertim ſi Fiſcalis, vel eius ſubſtitutus aſſiſtens de hoc inſtantia faciat; alias non crederem cogendum illum eſſe. Vide circa prædicta, Char. in d. cap. 2. num. 83. cum ſeqq.
17 † Forma autem torquendi Reum nolentem reſpondere, vel non præcisè, & congruenter reſpondere, talis erit, videlicet.

Forma torquendi Reum nolentem reſpondere, non prçcisè, & congruenter.

Interrogatus, & monitus, vt recedat ab huiuſmodi obſtinatione, & reſpondeat euacuando

do interrogatorium sibi factum non se referendo ad iam dicta, vel omittendo dicta verba: Non recordor, posset esse, & similia, quia alias contra ipsum necesse fuerit pro dicta respōsione habenda ad opportuna iuris & facti remedia peruenire,

Respōdit: Quel che hò detto è scritto, & à quello mi rimetto; vel: Non mi ricordo, potria essere, &c. & se mi volete dar la corda, datemi prima le mie diffese, & poi fate quel che vi pare.

Et D. dicente quod in huiusmodi casibus copiæ non dantur, nec defensiones, ideo respōdeat ad prædicta, absque aliis subterfugiis, & cauillationibus.

Respōdit, Voi mi fate torto. Et aliud dicere noluit: quæ ego, &c. Et licet fuisset pluries, & pluries, per D. instatum pro dicta responsione habenda, semper idem responsum dedit; quæ ego pariter, &c.

Decretum torturæ pro habenda responsione præcisa, aut congrua.

Tunc D. sedens, &c. visa pertinacia ipsius C. nolentis respondere, vel præcisè, & iuxta interrogata respondere, pro dicta responsione, vel pro præcisa congrua responsione habenda super prædictis, cum aliter ab eo haberi non posset, mandauit ipsum C. adduci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari.

Qui sic ad locum torturæ adductus, dum spo-

ſpoliaretur, & ligaretur, fuit per D. benignis verbis adhortatus,& monitus, vt ſe diſponat ad reſponſionem dandam interrogationi ſibi factæ, vel ad præcisè, & congruenter reſpondendum ſuper his,de quibus interrogatur, alias in altum eleuabitur.

Reſpondit:Io hò detto, e quel che hò detto, è detto.

Tunc D. cum videret ipſum C.adhuc in ſua contumacia perſiſtere, mandauit ipſum in altum eleuari,ad effectum prædictum.

18 † Torturæ verò tempus hoc caſu arbitraberis iuxta qualitatem cauſæ,indiciorum grauitatem, conditionē perſonæ torturatæ,& ſimilia, quæ tibi conſideranda erunt, vt iuſtitia ſuum ſortiatur effectum, abſque eo quod aliquis,indebitè grauetur. Vulpell. in ſuo conſ. crim.34.

19 † Quod ſi Reus negat,velle reſpondere eo,quia allegat te Iudicem ſuſpectum, & dicit tibi non confidere, cauſas ſuſpicionis,& diffidentiæ allegando,vtique erit ſuperſedendum donec Princeps cōſulatur, qui mādet; vel cauſā per alium cognoſci, vel per te ipſum non obſtantibus dictis allegationibus. Bertaz. conſ. 8.nu.39.lib.1. Conrad.de offi.præto.fol.81.ſub nu.9.

20 † Sed ego tibi ſuadeo, vt ſi caſus occurrat, ſtatim à cauſæ cognitione omnino recedas,
21 ne videaris illam affectare. † Eſt enim iniquiſſimi Iudicis, & peſſimæ mentis ſignum, velle
22 de hominis cauſa cognoſcere, qui te ſuſpectū habeat,

habeat, & legitimas non allegaret suspicionis
22 causas. †Et ego vidi valde damnari quosdam
Iudices, qui putantes sibi iniuriam fieri, cum
suspecti allegabantur, omnem mouebant lapidem, omnique conatu studebant, ne à causæ cognitione summouerentur; hoc tu fac, vt nullo modo imiteris, sed statim libentissimè abstineas: ita enim seruant Iudices boni, docti, & Deum timentes.

SCHOLIA IN CAP. VII.

Num. 3.

COmpellendus est Reus ad respondendum etiam mulcta indicta, & captis, pignoribus. Aduerte, ne erres, quod aut loquimur in causa criminali, & tunc cogendus est Reus ad respondendum, si de delicto graui agatur, per illationem torturæ, non, vt respondeat super delicto, sed ad extorquendam responsionẽ; vt per Clar. q. 45. vers. sed pone; nec ei danda est dilatio ad respondendum. Clar. ibidem §. sed hic quæro. Vt tamen teneatur præcisè respondere, debet præcedere aliqua diffamatio, aut aliqua indicia iuxta ibi tradita: & ita mihi respondit quidam de furto imputatus in oppido Modoetiæ, qui à principio expeditè respondebat, postea verò, cum aduerteret, se paulisper intricari, & illaqueari, extra dentes se amplius non esse responsurum dixit. Cumque ex post precibus, vel minis non posset adduci ad respõdendum,

dendum, Senatum consului, qui præcepit, vt eum torturæ subijcerem, & vbi in contumacia persisteret, iterum Senatum monerem. Verum cum agentes sui apud me instarent, vt ad D. Capitaneum Iustitiæ remitterem ob quasdam suspiciones, quas adducebat contra actuarium meum, libenter hoc feci, & me ab hac molestia liberaui, secutus auctorē hic in fin. Tortura ergo ista non datur ad eruendam veritatem, sed respōsionem, & qualis esse debeat hæc tortura, trad. Mod. in quęst. crim. lib. 2. quęst. 37. nu. 187. & moderatam exposcit. Vulpell. cons. 34. nu. 10. imo hoc casu cauendum, ne quis non respondens, per torturam interrogetur de delicto.

Si verò sumus in his, in quibus pęna corporalis non imponitur; tunc debet indici mulcta, vel capi pignora.

An verò hic contumax, & non respondens habeatur pro confesso, iuxta l. de ætate §. qui tacuit, de interrogat. acti. Verum quicquid sit in causa positionum ciuilium, & in similibus; non admittitur in criminalibus, vt taciturnitas operetur confessionem. Si enim haberetur pro confesso, non opus esset tortura; Scacc. d. cap. 86. nu. 59. in fin.

Qualis autē debeat esse responsio, supra visum est, vbi dixi, debere esse claram, non obscuram, nec per obscuritatem debet eludi maiestas Iudicis. Sicut etiam confessio delicti de-

bet esse perspicua, alias intelligitur, vt minus obliget reum, quam sit possibile, alioquin ille potest eam interpretari. Socc.iun. cons. 39.col. 2. vol. 2. Ias. ad Rub.C.de edend. & ita habet locum l.si quis intentione ambigua ff. de iudi. & etiam locum habet in confessione rei, in criminali iudicio contra eum moto.

Nu. 5. Puta nescio.

TEstis respondẽs nescio, nõ recordari, quãdo Possit cogi. Boss. de responsio. a reo facien. nu. 5. Author infr. nu. 12.

Nu. 13. Sed quid si reus.

HAnc quæstionem plene absoluit Scaccia nu. 47. vers. Sed quid dicendum. dicto cap. 86.

Verum circa hanc quæstionem, an testis iterato examinandus possit se referre ad priorem suam depositionem, vel cogatur extensè testificari, vide Ozas. Pedemont. decis. 128, nu. 1. & 7. Venet. impress. qui tamen loquitur in monitoriis, in quibus, ii qui propalarũt, plene examinantur, nam in alio iudicio scilicet repetitionis, plene sunt examinandi. Aliam addit Moscatell. Neapolitan. dict. capit. 86. numero 48. Cæterum an possit reus petere, quod legatur depositio. alias facta, vid. ibi, & tradit Vul-

pell.

pell. dict. consil. 34. numero 9. Honded. cons. 103. nume. 31. 32. qui refert constitutum inter Bart. & Bald. demum Iudicis arbitrio multum defert.

Et an possit reus respondere: Dico quod si constabit me aliter rem dixisse, volo quod hæc responsio ad illam referatur, cum tunc melius recordarer ibi. num. 48. vers. dico. Huius cautelæ meminit Andr. Gall. lib. 1. obseruat. cap. 104. quidam: vbi saluatorem appellat hāc cautelam ad euitandum periurium, & quia hominis memoria labilis est. Potest ergo reus petere notulam, siue rotulum primi examinis, vt de veritate dicenda se informare possit.

Quid in notario; an possit dicere, talis testis interrogatus deponit in omnibus, & per omnia, prout præcedens testis; vide apud Gaill. d. obseruat. nu. 5. 6.

SVMMARIVM.

1 *Depositiones testium, & sociorum criminis quandoq; leguntur reis in eorum faciem.*

2 *Reus est interrogandus nunquid testes examinati contra ipsum sint sibi noti, amici, fide digni, vel è contra.*

3 *Possunt etiam ei nominari aliqui qui examinati non fuerint.*

4 *Sed ita interrogandus est reus, vt nesciat illos fuisse examinatos contra se.*

5 *Iudex debet perquirere obiecta, quæ reus potest dare testibus contra se examinatis.*

6 *Item causas obiectorum, & quibus fundamentis nitantur.*

7 *Item qualitates, & circumstantias opportunas ad elidendum obiecta.*

8 *Iudex aliquando altius exordiri debet, vt obiecta prædicta detegat suis interrogatorijs.*

9 *Quilibet præsumitur non immemor salutis æternæ.*

10 *Quilibet præsumitur bonus.*

11 *Iudex omni conatu vti debet, vt obiecta rei contra testes detegat, & elidat.*

12 *Iudex debet interrogare reũ de commercio, familiaritate, conuersatione, fama, vita, & opinione testium contra se examinatorum.*

13 *Forma tum interrogandi reos super prædictos, tum legendi in eorum faciem examina testium late.*

14 *Formam autem prædictam non vt eius verbis inhæreas, sed vt imitari valeas auctor apponit.*

De depositionibus testium, vel confessionibus sociorum criminis in faciem reo legendis, & forma illas legendi.

Caput Octauum.

1 QVandoq; † vbi videris proficuum esse depositiones testium pro Curiæ informatione examinatorum, vel sociorum criminis confessiones ad disponendum reum ad veritatem fatendam, mandabis per notarium scri-

ben-

bentem ad eius faciem legi, illarumque continentiam ad ipsius notitiam deduci. Chart. in
2 d. pract. interrog. lib. 3. cap. 3. nu. 24. † Antequam vero ad huiusmodi actum deuenias, bonum erit ipsum reum cum circumspectione interrogare, An testes qui fuerunt contra ipsum examinati, sint ipsi reo noti, vel ignoti, amici, vel inimici, & an illos habeat pro ve-
3 ridicis & fide dignis: † poteris etiam, si ita opportunum tibi videbitur, aliquos, vel nomina aliquorum, qui illi sint noti, amici, & familiares inculcare, licet revera examinati nõ
4 fuerint. † Et de omnibus istis erit reus ita interrogandus, vt non sentiat illos contra se fuisse examinatos, quia facile reus conijceret ad quem finem tu prædicta quæreres. Foller, pract. crim. in verbo, & si comparent nu. 10.
5 † Certe huiusmodi interrogatoria sunt valde vtilia; etenim ex responsionibus, quas illis dabit reus, optime colliges quas exceptiones ipse dictis testibus possit vel non possit obijcere, & sic poteris te informare, an obiecta vera sint nec ne; vt ne postea reus falsa opponere valeat contra testes prædictos. Foller. in d. practic. in d. verbo, & si comparent, num. 10.
6 † Quinimo erit etiam inuestigandũ de causis obiectorum, & quibus fundamẽtis, & rationibus nitantur. Vt puta si interrogatus de Titio dicat illũ esse infamem, vel sibi inimicum poteris, imo debebis vlterius interrogare de

qualitate infamiæ, & quomodo sciat illum esse infamem, & quo fundamento illum infamem appellet.
7 † Ita pariter erit de qualitate inimicitiæ, & illius caulis, ac aliis circumstantiis, quæ opportunæ, & ad rem facere videbuntur pro elidendis obiectis ipsius rei, ac pro reperienda veritate reus interrogandus. Foller. in d. verbo & si comparent, nu. 10.
8 † Erit etiam aliquando, vt superius monui, altius exordiendum interrogando reum, videlicet. An habeat inimicitiā, odium, & maleuolentiam cum aliqua persona, quia si dixerit, quod non, iam est tutius, quod non potest opponere huiusmodi exceptionem Cap. solitæ de maiorit. & obed. l. Iulianus ff. de leg. 2. Natt. cons. 242. nu. 8. Si vero dixerit, quod sic, interrogabis quo cum, vel quibuscum inimicitiam, odium, & maleuolentiam prædictam habeat, & ex qua causa, & ex qua causa, & a quanto tempore citra, et quis sit informatus de ista inimicitia, et odio, et maleuolentia, an vnquam aliquid inter ipsos secutum fuerit, quod inimicitiæ, odii, et maleuolentiæ prædictæ indicium dederit, et quid, et an vnquam inter eos secuta fuerit reconciliatio, et si causæ erunt friuolæ, arguendum erit verisimile non esse ex tam modica, et friuola causa potuisse talem induci ad falsum cum iuramento deponendū in præ-
9 iudiciū ipsius C. † cū quilibet præsumatur bonus,

10 nus, Soc. Sen. conſ.26.nu.14.lib.2. † et nullus
præſumatur immemor ſalutis æternę, Rol.con-
11 ſil.37. n.3.et ſimilia. † Denique poteris ipſum
rerum varijs interrogationibus, argumentis,
conjecturis, et probationibus aggredi, et cir-
cumdare, vt cogatur vel inuitus fateri teſtes
contra ipſum examinatos, aut eſſe veridicos,
et fide dignos ipſique amicos, et beneuolos;
aut obiecta eſſe inania, et fruſtratoria.

12 † Et ideo poterit etiam interrogari de con-
uerſatione, de commercio, de familiaritate, de
fama, vita, et opinione illorum, et alijs simili-
bus, quæ conſideratis ijs quæ ſuperius tibi de-
monſtraui, per te tibi licebit colligere. Vt vero
prædicta quaſi oculis intueare, infraſcriptam
tibi formulā exempli gratia ſupponere volui.

Interrogatus, an cognoſcat Titium Ioannis
de Tibure.

Reſpondit: Signor sì, che conoſco Titio di
Giouanni da Tiuoli.

Interrogatus, a quanto tempore citra illum
cognoſcat.

Reſpondit: Io lo conoſco da più di dieci an-
ni in quà.

Interrogatus, qua occaſione ipſe C. habuit
notitiam præfati Titij.

Reſpondit: Io incominciai a conoſcer Ti-
tio, perche in quel tempo, che lo cominciai a
conoſcere, lui habitaua vicino a caſa mia, &
pratticauamo inſieme.

Interrogatus, per quantum tempus supranominatus Titius cohabitauit prope domum ipsius.

Respondit: Detto Titio habitò presso casa mia ben trè anni.

Interrogatus, an semper, et continuo per dictum triennium fuerit solitus conuersari, et practicam habere cum præfato Titio:

Respondit: Signor si, che per detto tempo di trè anni, sempre tenni conuersatione, e pratica con detto Titio.

Interrogatus cuius qualitatis esset dicta conuersatio, et practica, et quibus mediis inter ipsum C. et præfatum Titium nutriretur.

Respondit, Questa pratica et conuersatione, che era frà Titio et me, era per rispetto della scuola commune, doue andauamo tutti due, et per li trattenimenti da giouanetti che haueuamo insieme, con li quali si manteneua.

Interrogatus, an in occasione istius conuersationis, et practicæ esset inter ipsum C. et dictum Titium affectio, et beneuolentia magna, vt fieri solet.

Respondit: Signor si, che frà me, e detto Titio ci era amoreuolezza, et affettion grande, per causa di detta pratica, e conuersatione. Subdens ex se, Se noi erauamo quasi sempre insieme, non vuole V. S. che ci fosse amoreuolezza frà noi.

Interrogatus, an vnquam orta fuerit aliqua dissensio inter ipsum C. & præfatum Titium.

Respondit: Signor nò, che frà me, e Titio non ci è stato mai disparere alcuno.

Interrogatus, an habeat dictum Titium pro homine, qui (si occasio daretur) dictis, vel factis ipsi C. esset obfuturus.

Respondit; Signor nò, che io non tengo detto Titio, per huomo da nuocermi se li venisse l'occasione di poterlo fare, ò con deti, ò con fatti, anzi io tengo, che egli saria sempre per giouarmi in tutto quello, che potesse.

Interrogatus, an habeat illum pro homine probo; & fide digno.

Respondit, Signor sì, che io lo tengo per huomo da bene, e degno di fede.

Interrogatus, an pariter cognoscat Meuium Milonis de Nuceria.

Respondit: Signor si, che io conosco Meuio di Milone, da Nocera.

Subdens ad opportunam interrogationem. Io lo conosco per esser lui figliuolo della mia Balia.

Interrogatus an aliquid vnquam secutum fuerit inter ipsum C. & dictum Meuium, vnde possit credere aliquam factam esse abalienationem animi illius erga ipsum C.

Respondit: Io non so, che sia seguita mai cosa alcuna frà Meuio, e me, per la quale, io possa hauer pur ombra, che in lui sia manca-

ta

ta l'affetione verso di me.

Interrogatus, an sciat se in aliquo offendisse præfatum Meuium, aut causam ei dedisse, quare ipsi C. male vellet.

Respondit: Io certo non ho dato mai occasione a detto Meuio di volermi male.

Interrogatus an vnquam cognouerit dictum Meuium pro homine eius qualitatis, vt absque vlla causa, odio quemquam prosequatur, illique insidias paret, an vero è contra illum cognouerit pro homine probo, & nihil sine causa agente.

Respondit: In questo tempo, che io hò conuersato con detto Meuio, non l'hò mai scoperto per huomo, che porti odio, ò cerchi far male ad altri senza causa.

Subdens ex se, Anzi l'hò conosciuto per huomo da bene, e che facci le cose sue con causa, e fondamento.

Interrogatus, an credat, quod præfatus Meuius absque causa insiurandum falso subiret, vel aliud delictum committeret in aliorum præiudicium.

Respondit; Io quanto a me non credo, che Meuio facesse giuramento falso, nè altro delitto in pregiuditio di persona alcuna.

Interrogatus, an ergo credat, quod veritatem dicat, & dicturus sit, si requiratur.

Respondit; Io tengo Meuio per huomo da dir la verità.

In-

Interrogatus, an cognofcat Petrum Alexandri de Perufia, & a quanto tempore citra.

Refpondit: Io conofco Pietro di Aleffandro da Perugia, da trè anni in quà.

Interrogatus an dictus Petrus fit fibi amicus, & beneuolus, an vero è contra.

Refpondit, detto Pietro mi e nemico.

Et deinde toto fe mouens corpore erga me notarium altiori voce dixit.

Scriui notaro, che io mi protefto, che coftui mi è nemico.

Intertogatus, quam caufam inimicitiæ habeat cum dicto Petro.

Refpondit; Pietro mi è nemico, perche litigamo infieme.

Interrogatus fuper quibus verfatur lis, & controuerfia inter ipfum C. & præfatum Petrum.

Refpondit; Io litigo con Pietro la pigione della cafa, doue lui habita, che è la mia.

Interrogatus, quam fummam prætendat a dicto Petro ex caufa dictæ penfionis.

Refpondit; Io pretendo, che Pietro mi habbia da dare dieci fcudi per detta pigione, & lui me ne vorrebbe dare otto folamente.

Interrogatus, an ex alia caufa vigeat inimicitia inter ipfum C. & prædictum Petrum.

Refpondit: Io non hò altra occafione di nemicitia con detto Pietro, fe non quefta di quefta lite.

Et

Et Domino dicente, quod hæc causa est multum debilis,& modici momenti, nec ex ea contrahitur, aut contrahi potest inimicitia saltem considerabilis, vnde quis moueri debeat ad falsum deponendum præsertim medio iuramento.

Respondit; Io non sò tante cose, Io lo tengo per nemico.

Et D. subiungente, quod non sufficit, quod ipse C. dictum Petrum habeat pro inimico, sed necesse est, quod subsit legitima causa inimicitiæ; vnde credi possit, quod præfatus Petrus ipsum C. odio habeat, & ideo monente eundem, vt dicat quomodo sciat dictum Petrum esse sibi inimicum.

Respondit: Non sò, m'imagino io di sì, che detto Pietro mi sia nemico, e mi voglia male.

Et ad opportunam interrogationem.

Respondit, m'imagino io così, perche litigamo insieme.

Interrogatus, à quanto tempore citra vigeat ista asserta inimicitia inter ipsum Constitutum & dictum Petrum.

Respondit: La mia nemicitia frà me,& Pietro, è cominciata da che cominciò la lite frà noi, che son già due anni.

Interrogatus, an aliqua signa, siue effectus fuerint vnquã visi assertæ inimicitiæ,& qui.

Respondit, Non ci è stato altro segno di nemi-

micitia fra Pietro, e me; se non che non ci siamo parlati più insieme da quel tempo in quà.

Interrogatus, an aliquis sit informatus de ista asserta inimicitia, & maleuolentia, & qui, & quomodo.

Respondit, Antonio di Filippo è informato, che Pietro, & io siamo nemici insieme, perche lui hà trattato più volte di metterci d' accordo, & altri ancora, che adesso non mi souengono.

Et monitus, vt bene cogitet; & ad memoriam reducat, quinam sint isti alii de prædicta prætensa inimicitia informati.

Respondit: Io non mi ricordo chi siano questi altri, che sono informati della nemicitia, che è frà me, e detto Pietro, & ci pensò, & ripensò; nè me ne ricordo.

Interrogatus, an vnquam postea ipse C. & dictus Petrus reconciliati fuerint ad inuicem.

Respondit, Pietro, & io non ci siamo riconciliati, ne rapacificati mai più insieme.

Et sibi dicto quod ex quo prædictæ allegatæ causæ tam debiles sunt, & modici momenti non est verisimile, neque credendum, quod dictus Petrus propterea voluisset falsum deponere.

Respondit; A me pare, che basti questo: & aliud responsum dare nesciuit, quæ ego, &c.

Interrogatus, an ipse C. habeat inimicitiam cum aliqua alia persona, & cum qua.

Re-

Respondit: Signor nò, che io non hò nemicitia con alcuna altra persona.

Interrogatus, & monitus, vt velit tandem fateri veritatem an ipse C. die Veneris de sero fuerit in domo Alphonsi Basilij in societate Antonij Martiani.

Respondit; Io vi hò detto, e vi replico, che non si trouerà mai, che Venerdi sera io fussi in casa di Alfonso di Basilio, nè in compagnia di Antonio Martiano, ne d'altri.

Interrogatus, & monitus, vt caueat à mendacijs, & a pertinacia desistat, quia Curia est informata, quod non solum ipse C. dicta die Veneris de sero fuit insimul cum Antonio in domo dicti Alphonsi, sed etiam quod illuc sibi equum instructum adduci fecit, & magnam pecuniarum quantitatem asportari, ideo dicat veritatem.

Respondit, La verità io l'hò detta, e la Corte non può essere informata, nè che io sia stato in casa di Alfonso quella sera, nè alcuno habbia da me hauuto ordine di condurre alcuno cauallo, ò portarmi alcuna quantità di denari.

Subdens ex se.

Signore voi mi hauete dimandato di questo, & io vi hò risposto, tante volte, che vi douerebbe bastare senza trauagliarmi più.

Interrogatus, quomodo audeat prædicta negare cum vltra indicia alias contra ipsum C. adducta ex depositionibus plurium testium

fide

fide dignorum prædicta vera esse in eius faciẽ apparebunt.

Respondit: Mi marauiglio di V. S. chi potrà mai dir questo? Io son huomo da bene, & nessuno potrà mai dir con verità, nè che io sia stato in casa di Alfonso, nè che mi habbia fatto condur cauallo alcuno, nè alcuna quantità di denari, queste son bugie, & persecutioni de' miei nemici.

Et domino dicente, vt dicat qui sint isti eius inimici cum superius dixerit nullos alios inimicos habere præterquam Petrum Alexandri.

Respondit, Se alcuno dirà questo, che dice. V. S. sarà testimonio falso, perche io so certo, che per verità non lo può dir nessuno.

Forma legendi examen in faciem rei.

Tunc D. sedens, &c. ad conuincendum ipsum C. de mendacio, & ad disponendũ ipsum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum. Mãdauit per me notarium alta, & intelligibili voce ad claram ipsius C. intelligentiam legi depositionem Meuij de qua supra fol. factam sub die Mensis, &c. in ea parte quæ incipit, &c. vsque ibi &c.

Qua depositione, sic vt supra per me lecta, & per ipsum C. bene audita, & intellecta, vt asseruit, fuit idem C. per Dominum interrogatus quid modo dicat aduersus ea, quæ sibi lecta fuerunt.

Re-

Respondit: Io hò inteso benissimo, quando mi hauete fatto legger,adesso,e mi marauiglio, che Meuio dica tal cosa , perche questa è vna gran bugia.

Interrogatus,quare velit , quod dictus Meuius prædicta diceret , si vera non essent , præsertim cum ipsum C. illum approbauerit pro homine sibi amico , probo & fide digno .

Respondit:Veramente io hò tenuto sempre Meuio per amico mio, e per huomo degno di fede, ma dicendo hora questo , che mi hauete fatto leggere adesso,dico, che lui è vn tristo, & vn gran bugiardo.

Et sibi dicto,quod nõ desunt alii testes vltra dictum Meuium,qui prædicta testificãtur,ideo dicat veritatem,nec expectet vlterius cõuinci.

Respondit : Se ci fussero cento testimonij , tutti saranno bugiardi,e falsi.

Deinde dixit: Chi sono?chi sono? chi possono esser questi testimonii?

Tunc D. ad vlterius conuincendum ipsum C. de mendacio ; ipsumque disponendum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem & effectum mandauit,&c.sequere prout supra.

Deinde.

Interrogatus,quomodo audeat adhuc in obstinatione , & pertinacia prædicta manere , & perseuerare, cum etiã præfatus Antonius Martianus

tianus fassus fuerit,fuisse dicto sero Veneris in domo Alphonsi insimul cum ipso C. qui illuc mandauerat sibi adduci equum, & pecunias adferri,vt posset deinde ex Vrbe discedere timens carcerari occasione homicidij secuti in personam Ciecchi.

Respondit: Antonio dice queste cose? lui è venuto con me in casa di Alfonso? io mi hò voluto partir di Roma? che cauallo? che danari? Signore questo è vn gran tradimento.

Et monitus, vt tandem velit veritatem fateri,quia Antonius prædicta non diceret,si vera non essent, cum inde nullum ipse commodū sentiat,aut sentire possit.

Respondit: V.S. mi faccia legger di gratia il detto di Antonio.

13 Tunc D. ad tanto magis conuincendum dictum C. de mendacio,&c. mandauit &c,in illa parte incipiente,&c.& sic conclude,vt superius in præcedentibus formulis, quas potes variare
14 prout tibi videbitur opportunum. † Non enim hos modos ideo tibi oculis suppofui, vt verbis prędictis tibi inhærendum putes, sed vt formā habeas, quam imiteris,mutatis deinde, vel additis,aut detractis arbitrio tuo, quæ mutanda, addenda,vel detrahenda tibi videbuntur.

SCHOLIA IN CAP. VIII.

HAnc practicam existimo satis periculosam esse animæ, cum multi ea non vtantur, sed abutantur, plurimumque studeant reo defensiones auferre: imo suadeo, vt quantum fieri potest, euitentur hæ interrogationes, sed permittas locum defensionibus, quas tantopere leges sacratissimæ complectuntur, vt patiantur potius patientem ab'o'ui, quam innocentem condemnari; & si periclitandum est, potius id faciendum est in adiuuando, quam in nocendo & officiendo reo, præsertim ex eo, quod si ego opinor aliquem esse probum, non proptérea per meum affirmare, vel negare veritas mutari non possit. Et multi creduntur beneuoli nostri, quos ab euentu experimur nobis infensos. Vnde illud: Maledictus, qui confidit in homine. Caue igitur ab hoc loco, & à Foller. in prax. dialogica, in verb. & si comparent. nu. x. & in verb. interrogabuntur. nu. xi. versi. finaliter.

Num. 8. Erit etiam.

HOc magis vtile est in causis, in quibus nomina testium supprimuntur, nam multum prodest vaticiniū, à quibus accusatio illa originem traxerit, in cæteris perrarò his cautelis vtendum esse suadeo, si quicquam credis amico. Quamobrem multa ex his amputantur,

putantur; quæ lōga serie contextus author hic recenset. Nam interrogationes, quæ in magna consistunt æquitate, non debent iniquo præsidio viam aperire, quod facile contingere potest. Obserua tamen, quod si reus interrogatus respondeat, se habere N. pro homine probo, non tamen obstat, quominus illius dictum possit infringere. Scacc. cap. 86. nu. 51. licet approbata sit persona.

SVMMARIVM.

1 *Confrontatio fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quæ adhiberentur, & requirerentur vbi testes confrontandi, nunquam examinati fuissent.*

2 *Confrontatio fieri solet ad effectum effugiendi repetitionem testium.*

3 *Testes examinati pro informatione Curiæ non citata parte nihil probant, nullumque faciunt indicium, nisi repetantur parte citata.*

4 *Confrontatio obtinet vicem citationis, & repetitionis, nihilominus auctor laudat confrontationem magis quam repetitionem.*

6 *Quia, vltra quod magis vrget reum, aperit plurimum mentem Iudicis vel audax inficiatio rei, vel constans assertio testis.*

7 *Confrontatio aliquando fieri non debet, & habes exemplum ibi.*

8 *Forma confrontationis faciendæ.*

9 *Testis confrontatus potest petere sibi legi eius exa-*

men, vt melius recordari possit, & debet ei legi, nisi Iudex ex aliqua causa aliud censeat.

10 *Socij criminis sunt testes inhabiles, & detrahitur illis de fide, possunt tamen confrontari cum nominato.*

11 *Confrontatio autem ista fieri debet cum tortura, quia confrontatus torqueri debet coram eo, cum quo confrontatur.*

12 *Confrontatio socij criminis cum reo nominato qualiter fiat.*

13 *Forma confrontationis faciendæ socij criminis cum reo nominato in tortura.*

14 *Forma conclusionis examinis, in quo fuit facta confrontatio prædicta.*

15 *Testes non debent omnes insimul, sed singuli de per se per Iudicem confrontari.*

16 *Filius cum Patre, seruus cum Domino, vilis cum nobili, timidus cum potenti non sunt confrontandi.*

17 *Quia isti difficulter saltem sine aliqua vacillatione suum dictum in eorum faciem sustinere audent.*

18 *Consilium auctoris circa prædicta.*

19 *Confrontatio socij criminis, qui in tormentis deposuit, non est facienda antequam ille dictam depositionem extra tormenta ratificauerit.*

20 *Confrontatio regulariter necessaria non est, & ideo illa vtendum non est nisi in casibus, in quibus à consuetudine, & praxi recepta reperitur.*

21 *Confrontatio est remedium extraordinarium, & ad illam propterea non est passim deueniendum.*

22 *Confrontatio aliquando necessaria est, nec sine illa potest rectè constare processus, videlicet in tribus casibus*

sibus

sibus, quorum exempla ponuntur, & num. 23 24. & 27.

25 *Cofrontatio non fit inter testem & reum, si indirecto contrarientur, & ponitur exemplum.*

26 *Termini separati sunt illi, quorum alter alterum non sequitur, neque priuatiuè, neque positiuè.*

28 *Confrontatio testium cum reo, quando se ad inuicem non cognoscunt, qualiter facienda sit, & num. 30.*

29 *Confrontatio est odiosa, & species suggestionis.*

30 *Interrogatoria qualiter concipienda testi confrontando cum reo, quem non cognoscit de nomine.*

31 *Forma confrontationis faciendæ testium cum reo, quando se ad inuicem non cognoscunt.*

32 *Testis confrontatus an possit à reo, cum quo confrontatur in ipsa confrontatione, ad librum interrogari. & an, postquam ita interrogatus fuit, possit, denuo repeti ad instantiam rei super suis interrogatorijs distingue, & num. 33. 35. & 36.*

34 *Confrontatio nihil aliud facit, quam supplere defectum citationis.*

36 *Testis non sufficienter interrogatus in confrontatione debet repeti super interrogatorijs per reum datis, si ille instat, quod repetatur, alias nullam fidem faceret.*

37 *Et hoc procedit etiamsi publicatus esset processus; vbi tamen rei ipsius dolus absit.*

39 *Practicam quis obseruet in huiusmodi repetitionibus.*

De confrontatione testium, vel sociorum criminis cum Reo facienda, & forma confrontandi, tam in tormentis, quam extra tormenta.

Caput nonum.

1 CONfrontatio †fieri debet cum omnibus illis qualiratibus, quæ requirerentur, vbi testes confrontandi nunquam examinati fuis-
2 sent. Honded. consf. 101. n. 30. lib. 1. †Si ergo post lectionem depositionum prædictarum volueris etiam ipsos testes confrontare cum reo cōstituto, debebunt quidem illi ad faciem ipsius rei singuli de per se adduci, & præstito coram eo iuramento veritatis dicendæ, factaque illius personæ recognitione, omnia ea, quæ alias deposuerunt, iterum in faciem præfati rei ratificare, & confirmare. Char. in d. pract. lib. 3. cap. 3. num. 28.
3 Hæc †autem confrontatio fieri solet ad effugiendum repetitionem testium, eorumque dicta, & depositiones conualidandum. Clar. q. 45.
4 versic. sed in proposito: †etenim cum aliàs fuerint pro informatione Curiæ tantum parte nō citata examinati, nihil probant, nullumque faciunt indicium, nisi deinde citata parte repe-
5 tantur, †cuius quidem citationis, & repetitionis vicem obtinet ipsa confirmatio. Char. d. pract. lib.

lib.3.c.1 nu.84.& seq. Et ego quidem tibi suadeo, vt semper, quot testes habere potes, illos potius cum reo confrontare, quam in eius ab-
6 sentia repetere cures; † quia vltra quod huiusmodj confrontatio magis reum vrget: Char.d. lib.3.cap.1.n.83.& 89.aperit etiam plurimum mentem ipsius Iudicis, vel audax inficiatio, vel negatio rei, vel constans assertio testis iuxta illa. Tu magis scire potes,&c. tex.est in leg.3.§. Ideoque diuus Adrianus ff.de testi. Chart.in d. pract.lib.4.cap.1.nu.57.ibi declarat etiam Bur-
7 sat: †nisi tamen aliqua subsit ratio, quare à dicta confrontatione abstinendum sit, vt, qua confrontandus sit seruus cum Domino, vassallus cum patrono, filius cum patre, vel è contra; timidus cum potenti,& similes. Chart.d.pract. lib.3.cap.1.n.97.de quibus inferius dicam, hoc eodem Cap.forma autem confrontationis erit talis, videlicet.

8 † Tunc Dominus ad multo magis conuincendum ipsum C. de mendacio, & magis disponendum ipsum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectũ, mandauit ad faciem ipsius C. adduci. Meuiũ Milonis de Nuceria, de quo supra.

Quo adducto,& delato tam sibi, quam ipsi C. iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c.iurarunt, fuit idẽ Meuius adductus per D.

Interrogatus, an cognoscat præsentem C.& dicat, quomodo nominetur,& cognominetur.

Respondit: Signor sì, che io conosco quest' huomo qui presente, che si chiama Meuio di Milone da Nocera.

Interrogatus vice versa præfatus C. an cognoscat præsentem adductum, & quomodo vocetur.

Respondit: Signor sì, che conosco quest' huomo, che mi hauete fatto adesso venire in faccia, che si chiama, &c.

Et facta sic per præfatos mutua nominum & personarum recognitione, fuit denuo idem adductus.

Interrogatus, an ea, quæ deposuit in suo examine facto sub die mensis contra præsentem C. fuerint, & sint vera, illaque pro veritate dixerit, & deposuerit, modoque intendat eadē illa ratificare, & comprobare in faciem præsentis C.

Respondit: Signor si, che tutto quello che io dissi nell' altro mio essame, che non mi ricordo di che dì particolarmente io lo facessi, è la verità, & per la verità l'hò detto, & deposto, & son qui per mantenerlo anco in faccia di Sempronio qui presente. Vel sic.

Quo adducto, & delato ambobus iuramento veritatis dicendæ prout tactis, &c. iurarunt, factaque inter eos mutua nominum, & personarum recognitione fuit idē adductus per D.

Interrogatus, & sequere, ut supra. Deinde sic.

Tunc Dominus mandauit per me ad clarā

ambo

amborum intelligentiam legi depositionē ipsius adducti , de quo supra fol. facta sub die,&c. vel in illa parte , quæ incipit, &c. vsque ibi,&c.

Qua lecta , & per ambos bene audita, & inintellecta,vt interrogati asseruerunt,fuit idem adductus per Dominum.

Interrogatus,an ea , quæ modo legi audiuit, sint illa eadem , quæ ipse alias dixit & deposuit contra, vel circa personam præsentis C. & an vera sint,& tamquam vera modo approbet, & & ratificet in faciem eiusdem C.

Respondit:Signor sì, che quanto mi hauete letto adesso, è stato detto,& deposto da me, & tutto l'hò detto per la verità , & come vero lo cōfermo adesso,& ratifico alla presenza di Sēpronio,qui presente.

Vel sic, antequam mādes legi depositionem suam ipsi testi.

Interrogatus,vt modo in substantia summatim , & succinctè referat ea , quæ asserit alias dixisse pro veritate in eius depositione.

Respondit : Io hò detto per verità,in sostanza, che,&c.

Et sic repetitis in substantia his, quæ alias ipse testis deposuit , poteris etiam mandare eidē legi suā depositionē modo superius expresso.

Vel sic breuius postquam testis adductus fuerit.

Quo adducto, & delato ambobus iuramen-

to veritatis dicendæ prout tactis, &c. iurarunt, factaque mutua nominum & personarum recognitione ad opportunas D. interrogationes idem Adductus.

Respondit: Signor sì, che quello, che hò detto nell'altro mio essame circa la persona di Sempronio quì presente, l'hò detto per la verità, & son pronto à confermarlo adesso ancora in faccia sua.

Et lecta per me de mandato D. ad claram amborum intelligentiam depositione ipsius Adducti, de qua supra fol. sub die, &c. & per ambos bene audita, & intellecta, vt asseruerunt, opportunè idem adductus per D. interrogatus, &c.

Respondit: Io hò inteso, quanto mi hauete letto adesso, & tutto è stato detto da me per la verità, e per la verità lo confermo adesso in faccia di Sempronio quì presente.

Vel extende interrogatorium sic.

Interrogatus, an ea, quæ modo legi audiuit, sint illa eadem, quæ ipse dixit, & deposuit contra præsentem C. & an vera sint, & tanquam vera modo illa approbet, & ratificet in faciem C. prædicti.

Respondit: Signor sì, che, quanto mi hauete fatto legger adesso, io l'hò detto, &c.

Tunc Dominus conuersus erga dictum Cōstitutum interrogauit ipsum, quid modo respondeat ad prædicta.

Re-

Reſpondit:Io hò inteſo,quanto dice coſtui, che io habbia,&c. e dico, che lui è bugiardo, e mente per la gola.

Vel ſic,abſque dicto interrogatorio.

Præſente dicto C.& prædicta audiente,vt aſſeruit,& reſpondente:Io hò inteſo,quanto dice coſtui,&c.& dico,che non dice la verità.

Replicante ipſo adducto,& dicente:Io dico, che è vero quello,che dico io.

Et ſic poteris, ſi tibi placuerit, vlterius progredi duplicationes, & vlterius reſponſiones ipſorum adducti,& rei C. recipiendo,& annotari faciendo,& demum ita pronunciare.

Tunc Dominus ſedens, cum vnuſquiſque perſiſteret in ſuo dicto,vel,& cum ambo perſiſterent in eorum dictis,Dominus mandauit dictum adductum remoueri à loco examinis: & ſi alios teſtes confrontare volueris,in omnibus ſigillatim obſeruabis,vt ſupra.

9 † Si teſtis adductus petierit ſibi legi eius examen, vt melius recordari, & referre valeat iã depoſita, mandabis eidem illud legi. Blan. de quæſt.nu.23. Honded.conſ.101.nu.32.lib.1.niſi tamen ex aliqua cauſa aliter faciendum cenſueris. Aym.conſ.115.num.7.& ſeq.

Factis confrontationibus, monitoque pluries ipſo C. ad veritatem fatendam, recenſendo ei,quod iam videt teſtes adeſſe, qui deponũnt in eius faciem, ipſumque conuincunt, quos veriſimile non eſt falſum deponere, ex

quo

quo non habent causam, quare id faciant, aut facere debeant, poterit absolui examen.

Sociorum criminis confrontatio qualiter fiat.

10 † Si socios criminis confrontabis, maiori solemnitate vtendum erit; etenim cum istis propter complicitatem, quæ facit illos inhabiles ad testimonium ferendum, vel detrahit illis de fide. Nepos à Montealbano in tract. de test. nu. 69. fol. mihi. 9. & Iac. Egid. in tract. ad reprobat. testi. nu. 16. non est satis simplex confrontatio
11 de plano facta, vt superius ostendi, † sed debent vlterius ad præsentiam, & in faciē ipsius Constituti torqueri, vt eorum dictum in tortura confirment, & ratificent, & sic illud validum reddant, contra nominatum. Bos. de indit. & consid. ante tortur. n. 251. hoc modo videlicet.
12 † Quia iuxta iam præmissa adducto socio criminis in faciem Constituti nominati, & delato ei iuramento. Vulpell. cons. 76. nu. 15. ac facta personarum, ac nominum recognitione, ipsoque interrogato, an vera dixerit, & paratus sit ad præsens eadem ratificare, etiam in tormentis, si opus fuerit, in faciem eiusdem C. illoque respondente, quod sic; tali decreto ad huiusmodi torturam deuenies. Char. in sua pract. interr. lib. 4. cap. 3. nu. 14.

Confrontatio socij criminis in tortura.

13 † Tunc D. sedens, &c. ad tollendam omnem dubietatem, quæ circa personam, & dicta ipsius Petri adducti considerari posset, ex quo facit

cit se socium criminis, & ad tollendam omnē maculam, si qua ex dicta causa in eius persona extorta fuisset, & ad tanto magis afficiendum ipsum Sempronium C. aliosque nominatos, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectū mandauit dictum Petrum adductum in præsentia & conspectu ipsius C. in caput ipsius, & aliorum nominatorum duci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari.

Qui sic spoliatus, ligatus, & funi applicatus, antequam in altum eleuaretur, fuit per D. benignis verbis hortatus, & monitus, vt Deum Opt. Max. timeat, & veritatem puram, & simplicem fateatur, quæ sola ab ipso requiretur, caueatq; omnino, ne quam personam indebitè inculpet, quia in hoc sæculo, & in alio de hoc teneretur reddere rationem, & quatenus etiam veritatem dixerit, non dubitet modo illam confirmare, & aduertens non minus delinquere eos, qui indebitè aliquem inculpant, quā qui veritatem in iudicio studiose occultare procurant.

Respondit: Io ho detto la verità, e se non fusse il vero, nō l'haurei detto, perche non vorrei far giuramento falso, & dannar l'anima mia, che ben vedo, in che termine hora mi trouo.

Tunc D. ad effectum prædictum tantum, & non alias aliter, nec alio modo mandauit ipsū Petrum adductum in altum eleuari præsente

dicto

dicto Sempronio, C. vidente, omnia prout asseruit intelligente.

Qui sic eleuatus cœpit dicere: Ohime, ohime, ò Santa Maria di Loreto; Io hò detto la verità, io hò detto la verità.

Interrogatus, vt dicat, an ea, quæ deposuit contra Sempronium hic præsentem, & alios ab eo nominatos, vera sint, & pro veritate dixerit, modoque illa eadem approbet, & ratificet.

Respondit: Signor sì, che tutto quello, che io hò detto contra Sempronio quì presente, l'hò detto per la verità, e lo confermo anco adesso quì sù la corda. Io hò detto il vero, ohime calatemi, calatemi.

Et Domino dicente, vt referat in substantia, & c. vel,

Tunc D. mandauit per me ad claram amborum intelligentiam legi, &c. & extende iuxta formam superius expressam.

Respondit: Io hò detto in sostanza, &c. vel, Io hò inteso, quanto mi hauete letto.

Præsente dicto Sempronio C. & dicente: Io dico, che costui è vn bugiardo, e vn gran tristo; & voluens se erga dictum Petrum in tortura manentem subiungendo dixit: Ah Pietro non douresti incolparmi à torto, non ti dannare l'anima tua, tu sai bene, che io non ci sono stato.

Cui idem Petrus replicauit: Io non danno l'anima mia altrimente, tutto quello, che hò

detto

detto, è vero, se io hauessi potuto far di meno non ti nominare, l'haurei fatto. O Sig. Giudice fatemi calare, poi che hò detto la verità.

Conclusio examinis, in quo fuit confrontatus socius criminis cum socio in tortura.

14 † Tunc D. cum, vterque persisteret in suo dicto, mandauit ipsum adductum leuiter de tortura deponi, disligari, brachia reaptari, reuestiri, & ad locum suum reponi: cum stetisset sic eleuatus per spacium vigesimæ partis vnius horæ, quantum hæc omnia scribi potuerunt; & successiuè dictum Constitutum reponi ad locum suum animo, &c. si finire tunc examen voluerìs.

15 † Aduertere autem te volo circa huiusmodi confrontationes faciendas, vt ipsos confrontãdos, prout superius dixi, singulos de per se cõfrontare studeas, non autem plures insimul, Char. d. pract. lib. 3. c. 1. n. 95. vt quosdam facere consueuisse & vidi, & audiui. Cauere etiam de-
16 bueris, vt supra monui, † ne filium cum patre, seruum cum Domino, vilem personam cum nobili, aut pauperem cum diuite, aut timidum cum potenti, & similes confrontare facias,
17 † quia dificulter isti tales contra prædictos tales in eorum faciem suum dictum confirmare audent saltem sine aliqua vacillatione; vnde processus quandoque corruunt, aut debilitantur. Char. vbi supra nu. 97. Ideo erit circa hoc cum maxima circumspectione procedendum.

18 † Et

† Et ego quidem te semper hortarer, vt in similibus casibus confrontatione omissa ad testium repetitionem deuenires, cum solemnitatibus tamen inferius annotatis. Vide in lib. 3. c. 2. in fin. & ita vidi seruari per maximos, & peritissimos Iudices, in officiisq; obeundis expertissimos.

19 † Præterea aduerte, vt nunquam ad confrõtationem socii criminis cum socio nominato deuenias, quando talis socius nominans in tortura deposuit, nisi prius talem depositionẽ, & nominationem factã in tortura extra tormẽta ratificauerit, prout ratificari debet principalis delicti confessio. Bursat. cons. 201. post num. 58. volum. 2. & quoad materiam confrontatio-

20 nis scias, † quod illa regulariter necessaria non est, neque est de substantia processus, adeo quod, si omittatur, processus corruat; idcirco illa vtendum non est, nisi in actibus, in quibus à cõsuetudine, & praxi recepta reperitur. Clar.

21 quæst. 45. versic sed in proposito: † etenim eius loco habemus repetitionem, & sic remedium ordinarium, vnde ad extraordinarium, & subsidiariũ recurrendũ non est. Bar. in l. edictum.

22 ff. de qu. Aym. cons. 287. nu. 2. † Aliquando tamen est ipsa necessaria, nec sine illa potest recte constare processus, videlicet.

23 † primo, quando testes deponentes super aliquo delicto sunt inuicem directo contrarij, vt puta, si alter dicat, Petrum vulnerasse Paulum

ce sim

tesim: alter vero punctim: vel si vnus dicat Petrum fuisse præsentem, Petrus vero neget adfuisse. Fed. de Sen. consil. 162. Alex. consil. 54. volum. 3. nu. 4.

24 † Secundo, quando aliquis testis directo cõtrariatur depositioni alicuius rei, pone, quia testis dicat vidisse Petrum vulnerasse Paulum, Petrus vero hoc neget, dicens, non vulnerasse. Clar. q. 45. vers. sed in proposito.

25 † Et dico directo, quia vbi non directo contrarietur, verbi gratia, Petrus dicit die 10. Decembris fuisse in Vrbe, & ad Vrbem peruenisse super equa sibi à Martino commodata: Martinus vero dicit nullam se equam habere, vel nõ recordari, an commodauerit. Oldrad. cõsil. 136. Bald. in cap. cum venisset, de restitut. spoliat. n.

26 3. † certe hoc casu facienda non est confrontatio. Moron. in quodã voto, quod manuscriptũ habeo in quadam causa Bononiensi; quia isti sunt termini separati, quorum alter alterum non sequitur, neque priuatiuè, neque positiuè. Moron. in tractat. de treg. & pace quæst. 118. num. 62.

27 † Tertio, quando ad rei constituti recognitionem deuenire non possumus, nisi mediante illius inspectione: puta, si dicant testes, aliquem tale delictum commisisse, illumq; se non nosse nisi de facie, aut de vestimentis, aut de aliqua alia circumstantia visibili: tunc enim est omnino reus ipsis testibus exhibendus, vt inspicia-

tur,& recognoscatur,an sit illemet, de quo deposuit. Clar.d. quæst.versic. sed in proposito, in fin.

28 † Talis autem confrontatio fiet ipso reo posito inter alios, puta,inter tres,quatuorue alias personas ipsi reo magis similes facie,vestimentis,ac statura,vt euitetur,quantum fieri potest, suspicio subornationis, & ita obseruant boni practici. Bonacoss. commun. opin. lib. 5. te-
29stes falsi,fol.178. † Est enim confrontatio odiosa, et species suggestionis. Bursat.consil.201.
30† Deinde ipsi testi confrontandi in præsentiatam rei, quam aliorum defertur iuramentum veritatis dicendæ.Clar.d.vers.sed in proposito, in fine q.45.quo præstito interrogatur,an inter illos,qui sibi exhibētur,adsit ille,quem dicit in suo examine tale delictum commisisse, vel à quo dicit talia verba audiuisse:et si dicet,quod sic, mandabis,vt illum manibus tangat, moxq; in eius faciem omnia per ipsum testem adductum testificata repeti, et confirmari facies ordine,et forma superius,et infra annotatis,videlicet. Vide etiam Char.sua pract.interrog.reor. lib.3.cap.3.nu.29.30.31.cum seqq.

31 † Interrogatus, quid dicet,si testes fide digni ipsum C. recognoscent esse illum, qui die Veneris de sero fuit in domo Alphonsi N. in societate Antonij N. ibique equum sibi adductũ conscendit, et deinde abiit versus portam,etc. idque etiam in eius faciem testificabuntur.

Re

Resdondit: Se nessuno dirà, che Venerdì prossimo sia stato di sera in Casa di Alfonso di N. et iui sia montato à cauallo, etc. dirà la bugia, e nessuno potrà mai riconoscermi per tale: perche io non ci son stato.

Tunc D. sedens, etc. ad conuincendum ipsũ C. de mendacio, et ad disponendum ipsum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem, et effectum mandauit per custodes carcerum accersiri tres alios, facie, statura, et ætate ipsi C. magis similes, et cum eodem C. in ordine collocari.

Quibus sic vocatis, videlicet, Petro, Antonio N. et N. de tali loco, et in ordine cum ipso C. dispositis, ita vt ipse C. primum, vel secundũ locum in ordine retineret, D. mandauit ad eorum faciem adduci Meuium, de quo alias.

Qui adductus, delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, etc. iurauit, fuit per D.

Interrogatus, an inter istos quatuor, qui sibi exhibentur in corona dispositi, adsit, de quo fecit mentionem in suo examine.

Respondit: Signor si, che frà questi quattro, che V.S. mi fà vedere qui, ci è quello, del quale io hò fatto mentione nel mio essame dell' altro giorno.

Et sibi dicto, vt indicet præfatum hominem, de quo ipse intellexit in dicto suo examine.

Respondit, mouendo se de loco ad locum, et manibus proprijs tangendo Sempronium,

 de

de quo alias primum in ordine positū: Signor questo è quell' huomo, che io vidi entrare in casa d'Alfonso di N. cō Antonio di N. et mōtar à cauallo sù vn cauallo, che li fù condotto li, e poi prese la strada verso la porta, etc.

Presente ipso Sempronio C. et respondente: Costui dice vna gran bugia, io nō sò quel che lui si dica: non son stato mai in detta casa.

Tunc mandabis legi examen ipsius adducti ad claram amborum intelligentiam iuxta superius annotata, et sumptis hinc inde responsionibus, et replicationibus examen cōplebis.

32 † Non erit alienum hic dubitare, an testis confrontatus possit in ipsa confrontatione à reo, cum quo confrontatur, ad libitum interrogari, et postquam tali modo fuerit interrogatus, possit, aut debeat postea denuo repeti ad instantiam ipsius rei super suis interrogato-
33 riis: † et circa primum dicas, quod reus potest ipsum testem ad eius faciem confrontatum ar-
34 bitrio suo interrogare: † non enim confrontatio aliud facit, quam supplere defectum citationis, vt supra ostendi, sed quod interrogari testis non possit, id non operatur. Bar. in auth. qui semel col. fi. n. 36. C. de probat. Clar. §. fi. q. 46. versic. sed in proposito, et latè Honded. consi. 101. nu. 26. lib. 1.

35 † Circa secundum vero distingue; quia aut testis in confrontatione fuit sufficienter interrogatus, ita et taliter, vt resultet idem effectus

qui

qui resultaret ex repetitione facta citata parte, & tunc repeti non debet super interrogatorijs rei. Hond. dict. conf. 101. nu. 29. lib. 1.

36 † Aut non fuit sufficienter interrogatus, & debet repeti super interrogatorijs per reum datis, si ille instat, quod repetatur, alias nullam fidem faceret eius depositio, Honded. dict. consi.

37 num. 26. & 28. lib. 1. † quod procedit etiamsi publicatus esset processus, vbi tamen rei ipsius dolus absit. Maran. de ord. iudi. p. 6. in 7. memb. de interrog. nu. 19. Honded. d. conf. 101. nu. 26. lib. 1. & ita secundun distinctionem prædictam

38 obseruatur † in practica. Bursat. conf. 311. nu. 28. prout ego pluries obseruari vidi, & pręcipuè in vna Montis S. Viti Marchiæ Anchonitanæ coram Almæ Vrbis Gubernatore, ad instantiam N. & in pluribus alijs causis, quas hic longum esset recensere, & nõ solum in tribunali Gubernatoris prædicti, sed etiam in Curia Illustrissimi A. C. in Curia Illustrissimi Vicarij, in Curia Capitolina, & in Curia Burgi, & pruries à diuersis Iudicibus super hoc interrogatus, ita obseruari respondi, & sic obseruatum est.

SCHOLIA IN CAP. IX.

NIhil in foro practicabilius est hac confrõtatione, quam hic author longo, & facili ordine prosequitur, quæ habet vim repetitionis, cum quis in alterius faciem aliquid susti-

net. De hac Honded.conf. 161.nu.30.lib.1. Vbi docet, qualiter fiat confrontatio rei cum testibus eum vrgentibus. Dic ergo non esse necessariam repetitionem testium examinatorum, parte non citata, vbi peruenitur ad confrontationem. Author hic nu.4.

Num.6. Quia vltra.

NOta contra eos, qui omnino volunt confrontari cum testibus contra eos examinatis, quos semper consulere soleo, vt, si læsam habeant conscientiam, abstineant ab hac confrontatione, per quam sæpenumero robustior, & validior redditur fides testis examinati, si constanter loquatur, si etiam addit alias circūstantias, ad validandum suum dictū. Cum plurimum persuadere possit hæc intrepida testis assertio Iudici eum veritatem dixisse. Caueat ergo, ne sero suspiret, & dicat cum Vate Mantuano.

Eheu quid volui misero mihi? floribus Austrum.
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

Aut cum Petrarcha.

Se dalle proprie man questo m'auuienne',
Hor chi sia, che mi scampi?

Plures circa confrontationē quęstiones examinat Sigismūd.Scac.d.c. 86.ad quē te reiicio. Primo, an sit ad bene esse, an vero necessaria.

2 An habeat vim repetitionis.

3 An sit abstinendum ab ea.num.53.

4 An

4 An testes cum reo ante litis contestationē confrontati, sint postea repetendi.

5 Qualis sit forma cōfrontationis,et recognitionis.num.59.

6 An,si plures sint confrontandi,separatim, an simul sint adducendi.num.60.

7 Testis inuitus an confrontetur.num 58.

8 Testis infamis an sit torquēdus ad cōfrontationes, etiam quod ante fuisset tortus in priore examine num.56.

9 An debeat fieri recognitio contra carceratum adhuc non inculpatum de delicto, sed solum suspectum ex descriptione delinquentis, quæ ei quadraret, & quæ sit forma confrontationis.

10 Cautela circa modum interrogandi reum confrontandum. num.63.

11 Confrontatio rei inquisiti de hæresi, quādo dicatur fieri sine periculo. capit.87. num.19.

12 Et an sit in crimine hæresis licita, ibid.nume.26.

Ad coronidem adijciendum mihi videtur exemplum confrontationis factæ in Ciuitate Laudę coram I.C.Iacobo Philippo Barambilla amicissimo meo defuncto. Hic enim ambos, qui nullo modo ad veritatem profitendam adduci poterant, simul torqueri curauit. Qui iussus fuit à Senatu, vt diceret, vnde hanc practicam didicisset:qui adduxit authoritatem lo-

doci in Enchrid. crim. tit. de confrontatione capit. 47. Hic etenim dicit quod, cum duorum captiuorum alter alteri crimen imponit, et inter se in delationibus discordant; iubet Iudex vtrumque sibi sisti, quos discordantiis interrogat, prius separatim, mox vtrumque coniunctim. Quos si in commentis, et fictionibus persistere, comperiet, neque aliis modis veritatẽ indagare potest, mandet simul vtrumque in alterius mutuo conspectu torqueri; et in hoc summa Iudici est adhibenda prudentia. Hanc tamen praxim damnat Author hic num. 15. Nunquam tamen vidi in hac Ciuitate hoc vsu receptũ fuisse, etsi pluries interfuerim altercationibus, quæ fiebant ad pręsentiam Illust. Senatorum, qui de more huius Ciuitatis singulis mensibus carceratos visitant: qui mos imitatione dignus, est laudabilis. Atque vtinam is in aliis locis obseruaretur, in quibus non resident Senatores. Nam scio fieri mille rapinas impunitas ob remotum Senatus Excellentiss. Conspectum, et optimum esset, quod aliquis saltem ex Vicariis generalibus destinaretur ad hæc loca, qui notulam conficeret horum reorum, vna cum omnibus et singulis imputationibus, et tempore eorum detentionis, postea ille sigillatim hæc ad Senatum prouisurum perferret.

Num. 9. Si testis

Supradictum in prox. capitulo.

Num.

Num. 11. Sed debent.

DIxi supra 9. Sigismund. cap. 86. num. 56. Circa has confrontationes vidi fieri innumeras fallacias, imposturas, et nunc habeo infamē in criminatione robariæ de nocte, in qua vxor accusatoris recognouisse dicit quēdam Carolum Frigerium vere innocentissimum, demum vno funis ictu liberatum. Ita enim fuit hæc mulier à marito inducta ad hūc per artem recognoscendum. Vides ergo, quantum praxis confrontationis sit periculosa, et quantum ei fidendum sit.

SVMMARIVM.

1 *Arma, scripturæ, & alia similia exhibentur reo, vel pro illo conuincendo, vel pro recognoscendo corpore delicti.*

2 *Forma exhibitionis litterarum reo facta.*

3 *Si reus neget scripturam esse sua manu factam debebit comparari per peritos scriptores.*

4 *Comparatio litterarum qualiter fieri debeat per peritos, quando reperiuntur aliæ scripturæ inquisiti.*

5 *Peritis in arte credendum est.*

6 *Si non reperiantur aliæ scripturæ inquisiti, quibuscum fieri possit confrontatio, quid facere debeat Iudex.*

7 *Reus potest cogi, vt scribat ad effectum, vt possit fieri confrontatio manus, & quid Iudex obseruare debeat circa hoc.*

§ Fer-

8 *Forma decreti, quando reus cogitur per Iudicem ad scribendum.*

9 *Si reus negat se scire scribere, debebit conuinci de mendacio.*

10 *Mendacium facit non leue indicium contra mendacem.*

11 *Reus potest cogi etiam per torturam, vt scribat.*

De exhibitione armorum, vel scripturarum ipsi reo facienda, aut aliorum similium, & forma exhibendi.

Caput Decimum.

1 ALiquando † ipsi reo, vel pro illo conuincendo, vel pro recognoscendo corpore delicti exhibenda veniunt arma, scripturæ, aut alia similia, cum quibus captus fuit, vel, quæ fuerunt in eius domo reperta, vt alias supra memini me tibi dixisse, lib. 1.c.5. Cum igitur volueris ad huiusmodi exhibitionem deuenire infrascriptam poteris adhibere formulam, vt puta, si litteræ sint exhibendæ.

2 †Interrogatus, an si videret aliquam scripturam sua manu confectam illã recognosceret.

Respondit: Signor si, che se io vedessi qualche scrittura scritta di mia mano, io la riconoscerei.

Ei exhibitis per me de mandato D. ipsi C. quibusdam litteris sub datum Spoleti die 29. Decem-

Decembris 1595, incipientibus:Cariſſimo come fratello, Hò visto,&c. cum ſubſcriptione, Affettionatiſſ. come fratello Matteo di N. & cum ſubſcriptione à tergo. Al mio cariſſ.come fratello Coſmo di N.da N. ſubito, ſubito. Signatis littera A. & in domo ipſius C. repertis, vt ſupra per ipſum bene viſis, inſpectis, & manibus habitis per D.

Interrogatus, an præſentes litteræ fuerint, & ſint ſcriptæ manu ipſius C. modo & forma, prout in illis.

Vel, ſi breuius.

Opportune per D. interrogatus, vel ad opportunam D. interrogationem.

Reſpondit:Signor ſi,&c.Vel ſic.

Tunc D.ſedens,&c.mandauit per me Notariũ exhiberi ipſi C. litteras, de quibus ſupra in proceſſu fol.&c. regiſtratas fol. & in domo ipſius C. repertas,& primo complicatas,vt inſcriptio tantum,& ſigillum videretur.

quibus ſic exhibitis,& per ipſum C. bene viſis,& inſpectis,tam à latere ſigilli, quam à latere inſcriptionis ad opportunam D. interrogationem.

Reſpondit: Io hò visto questo ſopraſcritto di questa lettera, che dice, &c. & questo ſigillo, che ci sta impreſſo, doue ci è, &c. & dico, &c.

Deinde D. Mandauit parum explicari litteras prædictas, ita vt ſola ſubſcriptio videri poſſet & eidem C.exhiberi. Qui-

Quibus sic parum explicatis eidem C. exhibitis, & per ipsum C. in ea parte, in qua extat subscriptio, bene visis, & inspectis ad opportunam D. interrogationem.

Respondit: Io hò visto questa sottoscrittione di questa lettera, che dice, &c. & dico, &c.

Successiuè idem D. mandauit eidem C. exhiberi totas litteras omni ex parte explicatas.

Quibus sic exhibitis, & per ipsum C. bene visis, inspectis, & lectis, opportunè per D. interrogatus.

Respondit. Io hò visto questa lettera, che comincia, &c. & finisce, &c. & vi dico, che è lettera mia, & scritta tutta di mia mano.

3 † Quod, si reus negauerit scripturam prædictam esse suam, & sua manu confectam, tunc
4 periti scriptores adhibendi fuerint, † qui scripturam confrontent cum alijs scripturis ipsius inquisiti, & deinde medio iuramento eorum iudicium afferant, an scriptura, & caracter similis sit, nec ne: quæ omnia in scriptis redigi facies. Vulpell. consl. 135. per totum, & consil. 35.
5 num. 3. & seqq. † peritis enim in arte credendũ est, vt nostri Carter. late in sua pract. crim. in 11. excusat fol. mihi 209. & 210.

6 † Si alias scripturas ipsius rei habere non potueris, quibuscum scripturam repertam cõferre, & comparare valeas. Tunc interrogabis ipsum reum, an sciat scribere, & si dixerit, quod
7 sic, † facies illum in ipso processu, imo in ipso exami-

examine,& conftituto verba per te dictanda te præfente fcribere, qui quidem in dictando aduertes, vt plura ex verbis in fcriptura penes Notarium exiftente,& quam per ipfum vis recognofci fub diuerfo tamen tenore fcribi facias, vt ex identitate dictionum tanto facilius comparatio manus fieri poffit per peritos, illaque recognofci, & ita obferuatur de ftylo omnium criminaliftarum. Talis autem erit forma,videlicet.

8 † Interrogatus,an ipfe C.fciat fcribere.

Refdondit; Signor sì, che iò sò fcriuere, fe bene poco bene.

Tunc D. fedens, &c. mandauit eidem C. vt accepto calamo fcriberet verba per ipfum D. dictanda, prout idem C. accepto calamo fibi per me tradito ad ipfius D. dictamen infrafcripta verba fcripfit,videlicet,&c.

9 † Quod fi reus negauerit fe fcire fcribere. Tunc videbis ipfum de mendacio conuincere examinando teftes, qui alias viderunt ipfum C.fcribere, vel alio modo, prout melius fieri

10 poterit. † Quia fi ipfum fuper hoc conuictum reddideris, non leue indicium contra ipfum acquifiueris. Clar. §. fi.q. 21.ver.mendacium Nat.conf.199.nu.7.vol.3. deueniendo etiam contra illum ad torturã,& tandiu torquendo, donec fcribat, vt in fimili habes inferius fuo loco,Infra lib.6.c.3.n.3.

SCHO-

SCHOLIA IN CAP. X

NOn inutilem habet inſpectionem præſens Capitulum, in quo agitur de conuincendo reo per exhibitionem ſcripturarum ab eo recognoſcendarum, quibus gratis perſæpe eliguntur duo, pluresue periti, qui iuxta eorum peritiam referunt. Dum enim agitur de detegendo delicto per inſpectionem ſimilis ſcripturæ, multa fieri ſolent etiam cum ipſis peritis colludia, quibus pro virili ab ipſo Iudice occurrendum eſt. Et ſuperioribus annis cum contra Camillum Bernam fuiſſent exhibitæ quædam litteræ ſcriptæ triremibus cuidam Barbitonſori proditori ſuo, in quibus enunciabantur blaſphemiæ atroces, eis in ſummitate viſis, dixit videri ſibi eſſe manu ſua ſcriptas, mox cum progrederetur in lectione earum, & memor eſſet, quod illæ continebant blaſphemias, cœpit dicere: Ohime mi abbaglia la viſta, non ci veggio più, non niſi difficulter illæ fuerunt recognitæ per peritos, & ille ad remum quinquennalem damnatus eſt, qui etiam hodie eſt ſuperſtes.

Circa materiam comparationis litterarum; vide late Iacob. Menoch. Præſid. tract. de arbitrar. iudi. caſu 214. Maſcard. de probatio. concluſ. 330. & in crimine falſi an faciat indicium ad torturam, ibi, num. 27. & an comparatio ſo-

la

la sufficiat ad torturam, vid. insigne Oct. Vulpell. cons. 135. sed & prius cons. 34. quibus in locis multas ad rem quæstiones pertinere inuenies, maxime illam, an faciat semiplenam probationem, & quod difficulter probatur per testes, qui sæpe hallucinantur. Et an sola comparatio probet, scripturam alicuius manus esse, Decian. cons. 33. num. 111. 118. 126. lib. 1. cons. 46. num. 12. vol. 2. cons. 19. num. 125. in 3. Alb. cons. 737. lib. 2. Paris. cons. 27. num. 46. & plur. seq. lib. 2. Io. Bapt. Ferret. cons. 374. lib. 2. Cumulatiss. Ioseph. Ludoui Perusin. decis. 7. par. 1. vbi scripturæ priuatæ authoritas, & fides, & comparatio litterarũ quomodo, & qualiter sit facienda enucleatur. Et an scriptura litterarum reo in comparatione tantum probata sola sufficiat in criminalibus, videndus Rip. ad l. admonendi, nu. 1. de iureiur. Crauet. de antiquita. tempor. par. 1. in sectione quæritur etiam nu. 7. versi. non omitto etiam, vbi dicit, quod in casibus, in quibus cõparatio sola litterarum sufficit, & plene probat, Illud procedit in ciuilibus, secus, si criminaliter, puta in crimine falsi, quia ad probandam falsitatem sola comparatio litterarum non sufficeret. Et refert Purpurat. socerum suum dicentẽ posse inde sumi indicium ad torturam secundum qualitatem personarum: quod ipse verũ admitteret contra personam male diffamatã.

Finis Libri Secundi.

LI-

LIBER III.

SVMMARIVM.

1 *Reus completo processu informatiuo ponitur ad largã.*

2 *Et illi assignatur terminus ad faciendum suas defensiones; & decernitur copia processus; eorumque Aduocati, & Procuratores audiuntur.*

3 *Copia processus, quando agitur de torquendo non est tradenda nisi petatur.*

4 *Simplicibus tamen personis idiotis & rusticis tradi debet etiam, quod non petatur.*

5 *Auctor dicit etiam personis doctis, nobilibus, & circumspectis tradendas esse, & ratio quare, & nu. 6.*

7 *Torquentes aliquem iniustè capitali pœna puniuntur.*

8 *Ad torturam non est de facili deueniendum præsertim denegatis defensionibus.*

9 *Defensiones debentur naturali lege, Canonica, Ciuili, & Euangelica, & non solum hominibus, sed bestijs, & animalibus brutis competunt.*

10 *Copia processus si petatur danda est ante torturam in omni genere delictorum, etiam quod timor subornationis imminere posset.*

11 *Tortura aliquibus in locis ex præeminentia Curiarũ inferri solet denegatis defensionibus.*

12 *Facultates, & præeminentia prædicta, in quibus casibus solum locum habeant.*

13 *Curia Reuerendissimi D. Almæ Vrbis Gubernatoris que-*

quomodo olim præheminentia, & facultatibus prædictis in tormentis inferendis vtebatur.

14 *Michael Angelus Sorbolungus, Io: Maria Bugnolus, Reuerendissimus D. Fabritius Perusinus Episcopus Terracinensis, olim Locumtenentes Gubernatoris Vrbis laudantur.*

15 *Cardinalis de Camerino, & Archiepiscopi Matthaucij & Episcopi Carcassoni Gubernium in Vrbe maximè celebratur, & sub num. 18.*

16 *Curia Reuerendissimi D. Almæ Vrbis Gubernatoris in duobus tantũ casibus facultatibus suis in tormentis inferendis vti solebat.*

17 *Et qua circumspectione.*

19 *Forma decreti, quando reus ponitur ad largam, sibiq; copiæ processus decernuntur cum termino ad faciendum suas defensiones.*

20 *Reus donec fabricatur processus informatiuus manere debet in secretis carcerib. deinde poni debet ad largã, vt possit procurare suas defensiones, Aduocatos, Procuratores, & alias personas alloqui, aliaq; sibi proficua facere.*

21 *Reus aliquando non ponitur ad largã quando dantur defensiones, sed decernuntur sibi copiæ, & terminus defensiuus interim in secretis carceribus remanens.*

22 *Datur tamen ei facultas alloquendi quoscumque cum præsentia alicuius deputati.*

23 *Terminus ad se defendendum solet ordinariè assignari trium dierum.*

24 *Potest tamen Iudex ex causa breuiorem, vel longiorem terminum assignare.*

O 25 Ter-

25 *Terminus ad se defendendum non debet esse vnicus, sed plures arbitrio Iudicis assignari debent.*

26 *Iudex non tenetur nisi copiam processus decernere.*

27 *Reus qui vult copiã processus debet illã suis sumptibus à Notario sibi tradi facere.*

28 *Copia processus pauperibus personis debet tradi gratis, vel gratis ostendi originalis processus.*

29 *Clausula habitis prius testibus, &c. quare in simili decreto apponatur.*

30 *Iudex copiam processus dare non tenetur nisi prius completus sit, & legitimatus.*

31 *Reus qui vult copias processus debet declarare se velle habere testes pro Curiæ informatione examinatos pro ritè, & rectè examinatis, alias Iudex non tenetur ei copias tradi facere.*

32 *Declarationem autem prædictam cauti, & practici Procuratores solent facere cum reseruatione præter absentes & mortuos, & saluis exceptionibus contra personas, & dicta testium, & repetitione quatenus repetere voluerit.*

33 *Copia processus nõ detur nisi prius per reum declarato, quod vult habere testes, &c. pro ritè, & rectè examinatis.*

34 *Ablatiuus ille habitis testibus, &c. non inducit tacitũ consensum recipientis copias, quod velit habere testes Curiæ pro ritè, & rectè examinatis.*

35 *Et ita dicit Auctor se vidisse semel obtineri in contingentia facti coram Michaele Angelo Sorbolongo, qui valde laudatur.*

36 *Antonius Scappus Bononiensis I. C. laudatur.*

37 *Testes*

37 *Teſtes examinati pro informatione Curiæ non dicuntur habiti pro repetitis, niſi expreſſe habiti ſint pro talibus, etiamſi reus offerret ſe habiturū illos pro talibus.*

38 *Cauſa reorum fauorabilis eſt.*

39 *Declaratio facta per reum, quod vult habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis poteſt reuocari re integra.*

40 *Copiæ non ſunt tradendę ſi reus nolit declarare ſe velle habere teſtes Curiæ pro ritè, & rectè examinatis.*

41 *In abſentibus, & mortuis ceſſat ſuſpicio fraudis, & ideo non debent retardari copiæ eo quia reus nolit habere teſtes pro ritè & rectè examinatis, niſi cum dicta clauſula, præter abſentes, & mortuos.*

42 *Iudex instante parte ſolet dictam clauſulam, præter abſentes, & mortuos, in decreto apponere.*

43 *Rei in Alma Vrbe non coguntur habere teſtes, &c. pro ritè, & rectè examinatis.*

44 *Et ponuntur ad largam cum termino, &c. & datur eis copia proceſſus informatiui aliter non legitimatis teſtium dictis; quā practicam laudat Auctor, & quid faciendum ſit monet.*

45 *Rationem adducit Auctor quare vigeat iſte ſtylus in Vrbe.*

46 *Proceſſus dicitur legitimatus ſi reus habeat teſtes Curiæ pro ritè, & rectè examinatis.*

47 *Citari ſolet reus in Vrbe inſtante Fiſco ad declarandū an velit habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis.*

48 *Et ſi dixerit quod non, citatur deinde ad videndū illos repeti, & ad dandum interrogatoria, ſi dare intendat, alias videndum repeti, ſine.*

49 *Interrogatoria teſtibus repetendis, an per reum dari* poſ-

possint, & quod sic, reiecta opinione illorum qui contrarium sentiunt.

50 *Quod in tantum est verum, vt nisi super illis repetantur testes reo instante nullam fidem faciant.*

51 *Aliquando pro repetendis testibus transmittitur Commissarius, vel dantur litteræ remissoriales, secundum quod Iudici videtur.*

52 *Citatio qualiter formari debeat quando est transmittendus Commissarius, vel danda litteræ remissoriales ad effectum prædictum.*

53 *Clausula saluis exceptionibus, & receptione in dicto decreto quid importet.*

54 *Clausula sine præiudicio vlterioris processus, & examinis in dicto decreto quid importet.*

55 *Clausula prædicta sine præiudicio, &c. secundum aliquos est superflua; auctor tamen dicit illā apponendam esse in decreto prædicto.*

56 *Copia processus non traditur quando sunt plures inquisiti, quorum aliqui sunt contumaces, nisi prius contumacibus condemnatis.*

57 *Et ratio est ne contumaces prædicti edoceantur de contentis in processu.*

58 *Immo quando copia traditur inquisito præsenti post absentium condemnationem debent deleri nomina coinquisitorum.*

59 *Clausula habitis prius testibus, &c. apponitur quando reus est iam confessus.*

60 *Confessio per se ipsam legitimat processum, nec est opus repetitione, aut confrontatione.*

De

De publicatione processus, & defensionibus reis dandis.

Caput Primum.

1 TEstibus † sic vt supra pro informatione Curiæ examinatis, aliisq; indicijs, præsumptionibus, & coniecturis ad Fisci intentionem fundandam deductis, reisq; semel, & pluries constitutis, & examinatis, processuq; bene instructo,
2 solent rei poni ad largam, † ipsisque assignatur terminus ad faciendum eorũ defensiones, decernitur copia processus, vt super indicijs prędictis defensiones reorum, tam in facto, quam in iure deduci possint, eorumque Aduocati , & Procuratores audiantur, & si possibile sit indicia prædicta ciuiliter purgata remaneant. Marsi. in sua pract. §. postquam, post num. 5. Foller. in pract. crim. in verbo, & facta litis contestatione nu. 10. Contard. de offic. præto. in tit. de negat. crim. n. 6. fol. mihi 498.
3 † Et quamquam Doctores communiter dicãt copiam, terminumq; prædictum dandum non esse, nisi petatur, maxime si reus non sit persona simplex, idiota, rusticus, vel similis, Clar. qu. 42. vers. sed numquid. Scapp. de iure non
4 script. lib. 5. capit. 97. nu. 14. † quoniam talibus personis etiam non petentibus danda est copia

prædicta. Vulpell. conſ.34. num.6.& conſ.74. num.7. & ſeqq.

5 † Nihilominus tu ſemper meo conſilio ſiue præcedat, ſiue non dicta petitio, copias proceſſus indiſtincte concedere ne renuas, ad hoc, vt reus poſſit ſuas deducere defenſiones, ſi quas habet; tu vero æquiore animo officium tuum exequi, vbi ipſius rei exceptiones & oppoſitiones perceperis. Anchar. conſil.316. nu.1. Conrad. vbi ſup. d. num.6.
6 † quomodo enim poteris vnquam tuta conſcientia ad actum torturæ, qui ſubſidiarius eſt, vbi ſupra dicto num.6. quæ non niſi in præcipuis præcedentibus indiciis inferri poteſt. Alex. conſil.65. volum. 1. Rol. conſil. 12. num. 31.& ſeqq. lib.3. deuenire ipſo reo non audito, eius defenſionibus reiectis.
7 † Capitali pœna plectendi ſunt, qui torquēt iniuſte inquiſitos, Petr. de Rauenn. in ſing.403. Marſil. de com. teſtans in l. quæſtionis modum,
8 ff. de quæſt. † & ideo non debet de facili ad torturam deueniri. Catald. de ſindic. num. 165. adde, quod dicimus, præſertim denegatis defen-
9 ſionibus, † quæ non ſolum naturali lege, Ciuili, & Canonica nobis permiſſæ ſunt, ſed etiam Euangelica, & ne dum hominibus, ſed beſtiis quoque, & animalibus brutis competunt. Marſil. conſil. 8. nu. 37. Rolan. conſi. 12. nu. 66. & 67.
10 volum. 3. † Equidem ego arbitror etiam, quod timor ſubornationis imminere poſſet copiam indiciorum ſi petatur, omnino dandā

eſſe

esse ante torturam cum termino ad illa purganda omni generi personarum, & omni generi delictorum. Boss. in sua pract. in tit. de indit. n. 75. & ita vidi obseruari à bonis Iudicibus, & Deum timentibus,

11 † Non sum nescius multis in locis, non solum denegatis defensionibus, sed ex processu etiam informatiuo torturam inferri solere, ex præeminentia Curiarum locorum prædictorũ. Ita obseruat Magna Curia Vicariæ. Afflict. Gram. & Paris. relati à Rol. d. consil. 12. nu. 30. & 46. vol. 3. ita etiã obseruatur in Vrbe in Curia Reuerendiss. D. Gubernat. vigore facultatũ ipsis Reuerendiss. DD. Gubernatoribus à summis Pontificibus concessarum, & ita etiam ali-
12 quibus alijs in locis fortasse obseruatur. † Sed profecto tales facultates, & præheminentiæ restringendæ sunt, vt habeant locum solum in latronibus insignibus, derobatoribus stratarum, incendiarijs, & similibus cõmittentibus enormia crimina, & notorijs delinquentibus, concurrente tamen infamia, & leuitate, verè torquendi. Gram. consil. 64. num. 3. & 4. prout nõ nisi in dictis casibus, & raro quidem vtitur dicta præheminẽtia magna Curia Vicariæ. Grã. d. cons. 64. nu. 4. cum seqq. & voto 3. nu. 24. cũ seqq. Decis. Pedem. 79. num. 19. vers. prætereà. Paris. relat. à Rol. d. cons. 10. n. 88. & seq. vol. 3.
13 † Ita etiam olim obseruabat Curia prædicta Reuerendissimi D. Almæ Vrbis Gubernatoris;

14†in qua recordor ego bonæ mem: Michaelem Angelum Sorbolongum sæpe à me criminalistarum patrem appellatum, Ioannem Mariam Brugnolum, virum eruditissimum, multum Illustrem, & Reuerendissimum D. Fabritium Perusinum nunc Episcopum Terracinēsem, meritò ob eius integritatem, probitatem, & scientiam ad dignitatem illam euectum, &
15ad maiora dignum qui extollatur, †tempore gubernii Illustrissimi, & Reuerendissimi Card. de Camerino, quo nullum fuit vnquam ob rectè erga omnes administratam iustitiam, facinorosum hominum compressam & coercitā audaciam, personarum acceptationem posthabitam, cuicunque etiam minimo ius suum ad saturitatem allegandi, deducendi, & probandi potestatem factam (pace aliorum dictū sit) aut iustius, aut sāctius, aut laudabilius, aut quod quisque imitetur dignius, dum locumtenentis
16 officio in dicta Curia fungerentur, †non nisi in duobus casibus facultatibus prædictis vsos esse, primo, videlicet contra notorios delinquentes, diffamatos grassatores, & alios superius enumeratos. Secundo, in aliquibus aliis grauissimis delictis, præsertim vbi celeritate opus esset ob complices, aut ad exemplum, vel alias iustas
17ob causas, †& in his duobus casibus præcedente vt plurimū prius decreto Gubernatoris, ad partes facto, quod Iudices procederent iuxta suas facultates. Extra autem supradictos casus

ferè

ferè nunquam vidi illos ad torturã deuenire.

18 † Hoc idem obseruatum fuit tempore Guberni Illustrissimi, & Reuerendissimi Hieronymi Mattheucij nunc Episcopi Viterbiensis viri summa prudentia, rerũ experientia, æquitate, probitate, dexteritate, vigilantia, & constãtia præditi. Idem etiam obseruare facit Illustriss. & Reuerendiss. D. Anibal Oricellarius Episcopus Carcossonus, vir nominis amplitudine, oris dignitate, humanitate, modestia, præcellẽtis ingenij indole, plurimo rerũ vsu, egregiisq; artibus conspicuus, qui, ex quo gubernij prædicti clauũ tenet tanta magnificentia, auctoritate, & liberalitate regit, tantus sui nominis splendor elucet, tantaque illius sublimium virtutũ claritas refulget, vt eius incliti Magistratus celebris sit nunc, & celebrior futura sit omni vẽturo sæculo, memoria.

Ponamus modo formam decernendi tales copias, & terminum prædictum ad se defendendum, assignandi, quæ talis erit, videlicet,

19 † Tunc D. sedens, &c. acceptatis, &c. examen dimisit, & mandauit ipsum C. poni ad largam cum termino trium dierum ad faciendũ suas defensiones, & copiam processus decreuit, habitis tamen prius testibus pro ritè, & rectè receptis; & legitimè examinatis, saluis exceptionibus, & repetitione, &c. ac sine præiudicio vlterioris processus, & examinis omni meliori modo.

Et

Et huiusmodi decreto notandum est, quod
20 mandatur reus poni ad largam; † quia dum fabricatur processus informatiuus, solet detineri semper in secretis carceribus. Marsil. in sua pract. §. nunc videndum, post nu. 15. & sic mandatur poni ad largam, vt possit suas defensiones procurare, Aduocatos, & Procuratores alloqui, & alia sibi proficua facere. Marsi. in d. pract. § postquam, post num. 5.

21 † Non nego quod quandoq; stante qualitate personarum, vel causæ solent defensiones prædictæ concedi ipsis reis remanentibus in secretis carceribus.

22 † Datur tamen hoc casu eis facultas Procuratores, Aduocatos, & alios in dictis secretis carceribus durante dicto termino alloquendi, vel presente ipso Iudice, vel Notario, vel aliquo substituto fiscali, vel custode carceris, aut etiã remotis arbitris, prout ipsi Iudici visum fuerit. Paulus 4. in Const. ad fauorem pauperum, vers. dictique Iudices, & ita tu quoque, si casus contigerit, facere debueris.

23 † Dixi cum termino trium dierum; quia talis terminus solet ordinarie de consuetudine,
24 siue stylo assignari, † licet nihilominus possis ex iusta causa longiorem, aut breuiorem terminum assignare. Chart. in dict. pract. interrog. lib. 3. cap. 3. num. 7.

25 † Nec propterea intelligas, quòd vnicus tantum terminus assignari debeat, quinimo plu-

plures erunt cōcedendæ dilationes, iuxta quod æquum, & necessarium esse duxeris. Ale in l.2. nu.8. ff. de re iudi. Clar. quæst. 48. vers. quæro.

26 † Dixi copiam processus decreuit; quia aliud non tenetur facere Iudex, nisi copiam

27 processus decernere: † etenim si reus illam velit, debet sumptibus ipsius petentis illas à Notario sibi tradi facere. Clar. quæst. 43. vers. sed

28 nunquid; † quod tamen non procedit in pauperibus personis; quibus quidem copias ipsas tradi, siue originalem processum copiarum loco ostendi gratis Iudex ipse mandare solet, & debet. Pius IV. supra taxa mercedum Notariorum crim. Vrbis in fi. Menoch. de arb. Iud. cas. 65.

29 † Dixi etiam habitis prius testibus, &c. vt cesset omnis suspicio fraudis, ne scilicet, antequam repetantur testes, illi à loco discedant, vel discedere cogantur, aut inducantur, & ne repeti minus valeant, iuraque fisci propterea destruantur. Foller. in pract. crim. in verbo detur copia capitulorum nu. 5.

30 † Non enim tenetur Iudex dare copiam processus, nisi prius is completus, & legitimatus fuerit, & sic testes pro Curiæ informatione clam, & secreto examinati absque citatione partis, parte deinde citata fuerint repetiti, vel ad faciem rei confrontati. Char. in pract. lib. 3. cap. 3. nu. 56. vsque ad nu. 67. secundum formā superius suo loco ostensam supra lib. 2. cap. 9. per tot. Po-

Posito igitur reo ad largam decernentur ei copiæ processus, licet nundum legitimati,cum dicta tamen clausula,habitis prius testibus,&c.

31 † Quia si reus dictas copias voluerit, debet priusdeclarare testes omnes pro Curiæ informatione examinatos se pro ritè, & rectè examinatis habere velle. Chart. vbi supra d. ca.3. nu.62.& sequen.

32 † Hanc verò declarationem solent facere cauti, & practici Procuratores non absolute, sed cum reseruatione, vt ne sibi præiudicent, apponendo clausulam præter absẽtes, & mortuos, & saluis sibi exceptionibus contra personas,& dicta testium,& repetitione quatenus illos repetere voluerint. Chart.d.cap.3.num.64. & seqq.

33 † Aduertere autem debueris,ne vllo modo tradantur copiæ, nisi reus, vel specialis ad hoc deputatus Procurator prius declarauerit se velle habere testes pro Curiæ informatione

34 examinatos pro ritè,& rectè examinatis,†quia alias non sufficeret decretum prædictum, nec tacitus quasi consensus ipsius rei, vel Procuratoris copias prædictas cum prædicto decreto acceptantis. Vulpell.cons.12.num. 18.& cons.

35 32.num.1.& 6.Char.d. cap.3.num.93. †& ita ego semel vidi obtineri in quadam causa coram bo. me. Michaele Angelo Sorbolongo Forosemproniensi, viro quidem eruditissimo, & practicissimo, semper à me honoris

causa

causa nominato, tunc Reuerendissimi D. Almæ Vrbis Gubernatoris Locumtenente primario, † Aduocante in primis Mag. & Excell. D. Antonio Scappio, viro profundissimæ sciẽtiæ, & experientiæ insignis, morum amabilitate, & integritate conspicuo patrono meo mihi plurimum obseruando.
36

37 † Et in tantum prædicta vera sunt, vt etiam quod reus institisset pro copiis cum oblatione de habendo testes pro ritè, & rectè receptis, nõ propterea dicerentur habiti pro talibus, nisi expresse pro talibus habiti essent. Gab. cons.
38 178. num. 17. & seq. lib. 1. † Causa enim reorum fauorabilis est, ita vt dixerint nonnulli ad
39 hoc propositum, † quod etiam facta dicta declaratione potest reus re integra antequam copias habuerit, pœnitere, & consensum prædictum reuocare. Honded. d. consil. 101 num. 33. lib. 1

40 † Quod si reus vel eius Procurator, ita vt supra declarare recusauerit, copias tu prædictas à Notario tradi nullo modo permittes, nisi prius legitimato processu, et sic testibus denuo citata parte repetitis, vel confrontatis. Chart. d. lib. 3. c. 3. num. 63.

41 † Nec faciat tibi negocium reseruatio illa, videlicet, præter absentes, et mortuos: etenim ista clausula non potest præiudicare: quia, cum in iis esset omnis suspicio fraudis, quam supra considerauimus, non debent propterea dene-

gari,

gari, aut retardrri copiæ prædictæ, si reus nolit habere dictos testes pro ritè, et rectè examina-
42 tis. † Quinimo solet dicta clausula præter absentes, et mortuos, etiam ab ipso Iudice in dicto suo decreto ad partis petitionem, et instantiam apponi. Char. d. lib. 3. cap. 3. num. 64. et seqq.
43 † Aduerte tamen, quod in Vrbe nunquam rei coguntur habere testes pro Curiæ informatione, examinatos pro ritè, et rectè examinatis,
44 si noluerint eos habere. † Immo ipsi ponuntur ad largam cum termino, etc. et datur eis copia processus informatiui aliter non legitimatis testium dictis, & depositionibus. Char. d. lib. 3. ca.
45 3. n. 67. & seqq. † & ratio potest esse. quia testes Curiæ vt plurimũ sunt forenses, & de longinquis partibus, qui de facili haberi nõ possunt vt repetantur, vel vt confrontentur, & ideo si reus illos haberet pro ritè, & rectè examinatis, & non posset postea eosdem tepetere super suis interrogatoriis irreparabile sibi pareret præiudicium, quia ex his testibus condemna-
46 tio sequi posset, † cum processus iam esset legitimatus per huiusmodi suam declarationem, vt superius dixi. Et tradit etiam Conrad. de offic. Præto. in ti. de negat. crim. et tormen. n. 4.
47 † Quapropter inoleuit stylus, vt post traditas reo sic ad largam posito indiciorum copias instante Fisco citetur ille ad declarandum, An velit habere testes pro Curiæ informatione, exami-

examinatos pro ritè, et rectè examinatis, et ille
48 dixerit, quod non, † tunc vlterius citatur ad videndum illos repeti, et ad dandum interrogatoria, quatenus dare intendat, alias videndum repeti ſine; et ſic teſtes comparentes repetuntur ſuper interrogatorijs pro parte præfati rei datis, et examine iam per ipſum teſtem facto iuxta formam inferius poſitam. Contar. de off. præto. in tit. de negat. crim. et tormen. nu. 4. et 32. Honded. conſ. 101. nu. 26. 28. 29. 37. et ſeq. Hæc practica valde mihi probatur, et ideo puto, arbitrio Iudicis relinquendum, an velit tradere copias proceſsus ante dictam declarationē, an vero poſt: & certe ego nunquam cogerem reum ita declarare, ſi rationabilis mihi daretur ratio quare reus id facere recuſaret, quod & tibi vt obſerues ſuadeo, ne tolli videantur defenſiones, quæ potius etiam ex officio procurandæ ſunt, quam aliquo modo tollendæ, vel debilitandæ, Contard. in d. tit. de negatio. crim. num. 6. ſed in primis obſeruabis conſuetudinem loci, in quo ius dixeris, quia prædicta à practica vt plurimum reprobātur.
49 † Et nota quod licet nonnulli dicant interrogatoria per reum non dari, & ita ſeruari de ſtylo, Clar. quæſt. 23. verſ. item quæro. tamen hunc ſtylum ego nunquam vidi, ſed bene cōtrarium obſeruari iuxta ſuperius tradita; & ita ſe habet communis praxis Romanæ Curiæ, & Peruſinæ, ac quarundam aliarum Curiarum,
Hon-

50 Honded. d. conf. 101. n.57. & seq. † imò si testes super dictis interrogatorijs non repeterentur reo instante nullā profectò fidem facerent. Honded. qui ita se vidisse obseruari testatur, d. 51 conf. 101. nu.28. lib. 1. † Quod si quando pro repetendis testibus prædictis erit trāsmittendus Commissarius ad partes, vel dandæ litteræ remissoriales (quod arbitrio Iudicis committitur, vt infra dicam eod. cap. 2. num. 24. cum seqq.) 52 † erit pariter citandus reus ad videndum destinari Commissarium ad partes, vel ad videndū deputari Iudicem in partibus, & expediri litteras remissoriales pro repetendis testibus, &c. & ita semper obseruari vidi in Romana Curia, & hæc est vera practica, à qua nullatenus erit tibi recedendum. Seuero l. de remiss. cap. 21. nu. 3.
53 † Dicitur etiam saluis exceptionibus, & repetitione, vt ipse reus declarans se velle habere testes, &c. valeat contra illorum personas, & dicta opponere quicquid voluerit, illosq; super suis interrogatorijs quatenus opus sit repeti facere: alias enim si dicta reseruatio non fieret, non esset sibi licitum postea contra huiusmodi personas, & dicta aliquid opponere. Char. sua pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 3. n. 70. & seqq.
54 † Dicitur etiam sine præiudicio vlterioris processus, & examinis, vt semper, & quandocumq; sit tibi reseruatum ius alios testes examinandi, & alia iura ad Fisci fauorem facientia deducendi.

55 Et

55 † Et licet dictam clauſulam nonnulli Doctores dicant eſſe ſuperfluam, quia etiam illa non oppoſita poteſt Iudex poſt publicatum proceſſum alios teſtes de nouo recipere ex officio, Natt conſ.359.vol.2 Clar. qu.61.verſ. ſed quæro, nihilominus tu illam in tuis decretis meo conſilio ſemper appones: oſtenditur enim per eam animus Iudicis propenſus ad alias probationes admittendas. In ſimili Clar.q.93 in fin. illamque ego sẽper à clariſſimis cauſarum criminalium practicis vſurpatam eorumque decretis ſimilibus interpoſitam vidi.

56 Reſtat, vt illud etiam te monitum velim † quod ſi plures ſint inquiſiti, quorum aliquis captus ſit, & alii abſentes, nunquam tu copiam proceſſus tradi reo præſenti carcerato permittas, niſi prius alii rei abſentes fuerint in eorum contumaciam ſeruatis ſeruandis condemnati. Boſſ de comm.teſtans in ſua practic. in tit. de ſentent. num 85. Clar. quæſt. 49. verſic. ſed po-

57 ne. † ne, ſi interim traderetur copia dicto reo præſenti contumaces edocerentur de contentis contra eos in proceſſu Boſſ & Clar. in locis

58 ſupra citatis. † Et vbi poſt condemnationem abſentium contumacium reo præſenti copiã proceſſus tradi facies; eris etiam cautus, ne in dicta copia deſcribantur nomina contumacium, ſed per litteram N. illa tantummodo annotentur Clar.q.49.verſ.ſed pone.

59 † Non omitto illud quoq; te docere, videli-

cet, quòd quando decernuntur copiæ proceſſus reo iam confeſſo non eſt opus apponere dictā clauſulam,habitis prius teſtibus,&c. † quia 60 ipſa confeſſio rei, quæ ſubſecuta fuit,ſatis ſuperque proceſſum legitimauit, ita vt non ſit opus alia repetitione, vel confrontatione, ſed poteſt abſque alio ad condemnatoriam ſententiam poſt terminum defenſiuum aſſignatum, ſi cōdemnationi locus ſit,contra talem confeſſum deueniri. Clar. q.64.ver. ſin autem in fin. & quæſt 65.in prin.

SCHOLIA AD CAP.I. LIB.III.

QVod rei completo proceſſu offenſiuo ponantur ad largam ſumma cum ratione fit,vt poſſint ſuos defenſores,& procuratores alloqui pro defenſione facienda. quia via defenſionis non eſt coanguſtanda. Finitis autem dilationibus conceſſis ad faciendum defenſiones, ſolent rei veluti à ceſſante cauſa reſtitui ad primum ſtatum carcerum. Hanc praxim docet Foller.in prax. crim.dialogi.in verb. facta igitur litis conteſtatione,num. 10. ver. & eſt aduertendum. Fari.q. 39.nu.13. Quandoque tamen, ſi agatur de immani crimine,iubent Iudices, vt in eodem carcere retineatur,data facultate reo alloquendi ad præſentiam vel Notarii,vel alteriu :& prudenter hoc fit ob multa pericula,& inſidias,quæ incidere, & fieri poſſunt. *Num.*

Num.3. Et *quicquid.*

INoleuit praxis Mediolani, vt defensiones dentur non petenti cum oblatione copiæ indiciorum,& totius processus informatiui. Et si quis paupertate pressus non potest soluere mercedem actuariis, supplent protectores carceratorum, & eorum defensionibus inuigilant gratis,& solo pietatis intuitu, quorum opera tam vtilis,quam necessaria est;quia etiam prouident de alimentis, curando ea erogari ex locis piis,ex frequentibus eleemosinis. Felix,sanctaque institutio, cuius meminit Prosper Farinac. de indici. & tortur.quæst.39.num-158. & seq. repetit hoc idem author infra num. 20. Diu salui, superstitesque sint hi protectores ad benefaciendum nati. Similis obseruantia est in Ciuitate Bergomi, in qua erectus est publicus locus ad carceratorum alimenta, vt sæpenumero inueniantur,qui necessitate famis vrgente, libenter se carceribus committerent, vt his commodis fruantur, fameq; depellant.

Clar.quæst.46.vers. sed nunquid, dicit dari hanc copiam, siue reus sit conuictus, siue confessus. Ita vt si pars velit,ipsam copiam habere possit,suis tamen expensis,& si non habet modum, succurritur, vt supra. Et hoc verum est, quando pars est præsens: secus, si procedatur contra contumacem, quia nulla fit publicatio processus, sed deuenitur ad condemnationem, etiam capitalem.

An eadem copia indiciorum sit danda reo torquendo, antequam torturæ subijciatur, dicit Clar. d. q. 49. vers. sed nunquid, petendam esse. quandoque tamen denegatur, sed de hoc dicemus.

An testibus, supradictum est, & plene apud Scacci. cap. 4. num. 16, vers. quæro. Farinac. quæst. 39. num. 147. vbi referuntur duo contraria responsa Iureconsultorum Excellentiss.

Quid in famoso latrone, Farina. dicta q. 39. num. 107. 108.

Quid in copia positionum, interrogatoriorum testium, Scaccia ibidem.

Quid si neget eam, quid agendum, ibid. n. 9.

Quod teneatur Iudex in syndicatu. Farina. d. q. 39 qui ibidem ex processu in hac nostra materia multas alias quæstiones examinat, quas breuiter attingere possumus.

Num. 6. Quomodo.

LOquitur in reo, secus in teste, per ea, quæ supradicta sunt. Quæ autem dicantur legitima indicia, hoc totum Iudicis arbitrio committitur, quod debet esse regulatum à iure, late declarat sæpe dictus Farina. de indici. & tortu. quæst. 37. num. 169. & plur. seq.

Quales dilationes sint assignandæ reo Farina. d. q. 39. num. 12.

Num. 10. Equidem.

HAec est satis dubitabilis opinio, super qua videndus Farinac. de indici. q. 39. num.

num.68. vers. amplia 15. Vera tamen est sententia, vt defensiue danda non obstet potentia rei, non delicti atrocitas.

Num.xi. Non sum nescius.

IN hac Ciuitate hæc facultas torquendi reũ ex processu informatiuo reseruata est Senatui Excell. ad quem Iudices recurrunt, qui pro qualitate criminum atrocium hoc decernunt, pręsertim quoniam inuenti sunt quidam acuti taxilli ad habendã veritatem. Quibus si quis resistit, eius corpus vere fantasticum potest appellari. Nunquam tamen eius vsum probaui, & à natura ita abhorrui, vt malim quædam incommoda familiaria sustinere, quã cernere hominem illi cruciatui suppositum.

Sunt tamen multæ considerationes locales, in quibus irrogatur tortura reo denegato termino ad purgandum indicia, aliter quam per quæstiones & tormenta, quarum late meminit Farinac.d.q.39 num.23.29. & seq. à quo videtur author omnia huc transtulisse.

Num.14. Michaelem.

HIc Io.Maria Brugnolus, qui vir eruditissimus appellatur, est frater Illustris. Præsidis Senatus Bartholomæi Brugnoli, cui virtus ad omnes dignitates aditum patefecit, primo Capitanei Iustitiæ, mox Senatoris, postea regẽtis in Hispanijs, denique in excelso honore Præsidiatus collocati, quem Deus nobis diu superstitem esse sinat, comprecamur. Huius etiã

 memi-

meminit Farin. de indici. quæst. 40. nu. 15. vers. verum vt in hac re, in fin.

Num. 23. Dixi.

Dilationes, & terminorum concessiones omnes sunt arbitrariæ, vid. plene Farinac. d. quæst. 39. num. 5. 6. lib. 2. & conceditur vsque ad quartam. Quandiu autem petitur dilatio per calumniam, dilationes amputandæ sunt, & quando dantur litteræ Senatus pro habenda dilatione, addi solent illa verba, vbi absit calumnia. Tutius tamen est peccare in permittendo superfluas defensiones, quam necessarias tollendo, vt colligitur ex Clar. q. 48. vers. quæro quot dilationes.

Num. 29. Dixi.

Omnium vtilissima scitu est hæc repetitionis materia, quare pro clara intelligentia scire expedit nonnulla, quę licet sparsa sint, in vnum tamen breuiter à me colliguntur.

Primo repetitionem esse necessariam testis examinati parte non citata, nam licet eius depositio sufficiat ad inquirendum, non tamen sufficit ad torquendū, aut ad cōdemnandum reum præsentem, secus absentem, & contumacem. Ratio est, quia contumacia operatur cōfessionem delicti. Cæterum testis nō repetitur, quando adest rei confessio, quæ purgat defectū citationis, Clar. in q. 43. vers. cęterum, in fin. hoc tribuit odio contumaciæ. Verum hæc ratio non satis tuta videtur, sed melior hæc est, vt te-

testes habeantur pro legitimè examinatis, ita vt vlterior repetitio non requiratur ob vim tacitæ confessionis ex contumacia resultantis, nam hi fuerunt sufficientes ad transmittendũ inquisitionem. Ideo etiam sufficere debent ad condemnandum. Alioquin inquisitio fructu careret, & frustra transmitteretur.

Secundo, quod secuta sententia contumaciali, & reo admisso ad nouas defensiones, non est necessaria vlla repetitio testium; probatur hoc ratione, quia quod legitimè factum est, non vitiatur, si deueniat ad casum, à quo incipere non potuit l. in ambiguis §. nõ est nouũ, ff. de reg. iur. cap. factum legitimè, de reg. iur. in 6. sed sic est, quod sententia condẽnatoria fundata super confessione ex contumacia resultante, non debet reuocari post admissionem ad nouas defensiones, quia consumatus est actus legitimè. Vnde bene dicit Clar. à Senatu fuisse grauiter reprèhensum Prætorem Valentiæ, qui post admissionem citauit testes ad repetẽdum & non comparentes cõdemnauit, cuius condemnationis nulla fuit habita ratio.

Tertio testes recepti in processu informatiuo ante litis contestationem, & rei interrogationem faciunt tantum indicium ad inquirendum, & non probant. Id omnes affirmant nemine dissentiente.

Quarto, testes examinati cõtra reum, vt probent, quo ad condemnationem, seu torturam,

duo sunt necessaria copulatiuè. Primum, quod reus sit citatus ad videndum eos examinari: Secundo, quod fuerint examinati post litis cōtestationem, Boss. de indici. num. 128. & de litis contestatione, Clar. d. q. 45. versic. & in primis, vbi quod dicitur lis contestata, quando reus examinatus super delicto respondet Iudici interroganti. Cum contumace vero lis non cōtestatur, quia habetur ex dispositione statutorum pro confesso.

Quinto, consuetudinem & praxim iudiciorum hanc esse, vt iudex faciat sibi dari licentiam procedendi vsque ad sententiam singulis diebus & horis etiam eo absente, & nō citato, Cuius licentiæ loco successit monitio generalis, quæ operatur, quod nulla vlterior post eam citatio requiratur, & Notarij regulariter apponunt hanc clausulam post examen, & facta est monitio generalis: nec aliquis eorum tam resupinus est, quin sciat vti d. clausula, cuius effectus est maximus, vt per Clar. d. q. 45. in fin. Circa hoc cū Iacobus Balduinus esset in Castri Iouis carcere detētus ex causa famosi libelli contra Reuerendiss. Costachiaram Episcopū Aquensem editi, & à me esset certioratus de vi huius monitionis, toto exclamabat cælo, se hanc licentiam Iudici, qui tunc erat Alfonsus Cruceius I.C. Prætor delegatus, minimè dedisse, & falsum commisisse actuarium, qui tunc erat Fabritius Foppa, qui eā ex capite suo ap-

po-

posuerat. Decessit hic pendente processu, cum quo erat mihi magnæ vinculũ necessitudinis.

Sexto, quod etsi testes sint habiti pro legitimè repetitis, attamen possint de consensu reuocari ex famoso Hieron. Gabriell. cons. 178. num. 18. vbi hoc declarat re integra existente ante habitam copiam indiciorum. Nam in his, quæ publici iuris sunt, non procedit regula, quod semel placuit &c. & ita in contingentia facti pro Bartholomæo Fagnano accusato de receptione bannitorum ab Octauio Piola in loco Vicemercurialis (vulgo Vicemercati) respondi, licet à Fisco Regio multæ factæ fuerint difficultates, seu contradictiones, vt quandoq; in edendis meis responsis dicam.

Septimo, quod repetitio hęc fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quæ requirerentur, vbi isti testes repetendi nunquã fuissent examinati, & ideo debent de nouo iurare, alias nullã fidem facerent. Clar. q. 45. vers. Cæterum.

Octauo, quod si testes sint eiusmodi, quibus de iure non est adhibenda fides, nisi cum tortura ad purgãdum infamiam, puta quia essent socij criminis, nõ sufficeret, quod prius fuisset examinatus in tormentis, & quod de nouo iuraret; sed opus foret, quod de nouo post iuramentũ in tormentis constitueretur, & in illo delicto permaneret, quia illa tortura, & omne, id quod agitatũ est ante litis contestationẽ, nõ habetur in aliqua cõsideratione quò ad præiu-

di-

dicium ipsius comparentis, Clar. ibi. vbi vide.

Nono, testis, dũ repetitur, potest petere sibi, legi suam depositionem iam factam. Vide Scacc. cap. 86. nu. 48. 55.

Num. 33. Aduerte.

CVm agatur de supplendo defectu citationis; consentaneum est, quod procurator specialis, vel ipsemet reus, declaret se velle testes curiæ haberi pro repetitis saluo iure opponendi contra personas, & dicta testium, quia in arduis requiritur procurator specialis, cum sit hæc declaratio animi ipsius rei, quæ nõ fit nisi à procuratore speciali, ex cumulat. per Surd. decis. Mant. 89. num. 20. nec sufficit mandatum cum libera, quia non trahitur ad ea, in quibus de vita, & honore vitæ anteponendo agitur, Surd. ibi, vbi quod cui cõceditur rerũ ad ministratio, non censetur cõcessa vitæ, & honoris.

Num. 37. Et in tantum.

SI reus instat pro copia indiciorum habẽda cũ oblatione de habendo testes pro repetitis, non sufficit, quia is, qui paratus est facere nõ facit. Quin etiam (vt dixi) illa oblatio potest reuocari re integra existente. Gabriel dicto consi. 178. lib. 1. Quod est summe notandum. Vidend. etiam Honded. cons. 101. nu. 33. vers.

pri-

primo, lib. 1. Vulpell. conf. crim. 12. nu. 18. & 33. nu. 1.6.

Num. 51. Quò si quando.

De litteris remissorijs supra dictum est.

Num. 54. Dicatur.

APud nos hoc nõ seruatur. Quãdoq; tamen petuntur nomina à Notario per reũ, vt deliberet, an aliquos velit haberi pro repetitis, alios vero non. Ne tamen quis grauetur testes repetẽdos in carceribus expectare per menses, optuli sæpe fideiussiones de cõparendo in mane, & in Vesperis ad officium, vel desistẽdo, in domo, & cõparendo ad primã monitionẽ, sed nunquã sũ admissus. Quod inspecta qualitate calumniosarum accusationum, durũ quãdoq; mihi visum est: attamen ab antiqua obseruãtia recedendum nõ est, & minimè mutanda sunt, quæ certã semper interpretationem habuere.

Num. 55. Et licet.

QVæstio hæc, an publicato processu iudex possit testes recipere, seu ad offensam, seu ad defensam, seu ex officio, seu parte instante, plenè excutitur per Anton. Thesaur. Pedemont. decis. 262. & tenet opinionẽ affirmatiuã fauore publico, ne veritas amittatur. Obserua tamẽ tu, qui es Mediolanen, Clar. magistraliter in hoc articulo loquentem q. 61. vers. sed quæro.

Ven-

Ventilatus fuit hic articulus per me in ardua causa Egr. Comitis Rinaldi Abduæ accusatoris contra Ioannem Maranum Marchianũ sicarium , & homicidam Iulij Abduæ fratris eiusdem Tandem Senatus visa decisione prædicta venit in sententiam, attenta atrocitate delicti, permittendũ d. Abduæ, vt non obstante publicatione, testes recipi possent, licet Senatus addiderit hæc verba, maxime attenta qualitate d. Abduæ, de cuius legalitate non erat pertimescendum in subornatione.

In causa verò homicidij patrati in persona Io. Baptistæ Pusterlæ filii Horatij, in qua detinebatur Melchior de Valle, aliter fuit decretũ per I.C. Trusum de Trussis Vicarium Iustitiæ de hac legali scientia benemeritum. Ideo dicere illud possum.

Velle suum cuiq; est, nec votoviuitur vno.

Si tamen ex d. dilatione imminueretur in aliquo defensio rei præsentis, toleratur potius vt omnia eũ ex grauantia exprimantur. Quæ omnia post Glar. confirmat Farinac. quæst. 39. n. 156. 157. tantus est fauor innocentiæ, vt sæpe dixi, nec repeto. Signa tamen, nec te effugiat.

Num. 56. Restat.

PAuci sunt ex Notarijs qui probé calleant secernere furfurem à farina, scilicet inditia tantum ex grauantia reũ præsentem delatis his, ex quibus absens condemnandus instrui possit.

possit, ingenium requiritur exquisitum, Clar. in qu.49. vers. sed pone.

Num. 59. Quid quando.

VEh homini confesso, quia nõ habebit, qui eum subleuet. Vnde illud vulgatum prouerbium: Non est confessi causa tuenda rei; & melius est pati martiria, quã fateri. Verissimũ hoc semper esse vsu compertum est: quod cũ quidam Ludouicus Tortus amicus meus imputatus in Ciuitate Papię de falsa moneta vna cum Dario de Canibus, qui postea vti bannitus occisus est, inter tormenta in ore haberet & clamaret, meglio è esser martire, che confessore, fuit interrogatus, quidnam hæc verba vellent. Ille vero Ill. Senatori, ac Prætori Lucio Albricio eum interroganti respondit; intendo ch'è meglio esser martire in sostener la verità, che confessar la bugia, & hoc modo sępius respondit reiteratis quæstionibus, qui tandem fuit absolutus.

De hac confessione, Clar. qu.65.

Quòd confesso dentur dilationes ad se defendendum, ibidem Clar. etiam quòd eas non petat.

Limita hoc dictũ in confessione spontanea, secus si facta sit in tormentis, vel metu tormẽtorum extorta, quia non potest reus condemnari, nisi in ea perseueret, illãq; ratificet, Clar. q.64. vers. cæterum, & q.65. in fin.

SVM-

An eadem copia indiciorum sit danda reo torquendo, antequam torturæ subijciatur, dicit Clar. d. q. 49. vers. sed nunquid, petendam esse. quandoque tamen denegatur, sed de hoc dicemus.

An testibus, supradictum est, & plene apud Scacci. cap. 4. num. 16, vers. quæro. Farinac. quæst. 39. num. 147. vbi referuntur duo contraria responsa Iureconsultorum Excellentiss.

Quid in famoso latrone, Farina. dicta q. 39. num. 107. 108.

Quid in copia positionum, interrogatoriorum testium, Scaccia ibidem.

Quid si neget eam, quid agendum, ibid. n. 9.

Quod teneatur Iudex in syndicatu. Farina. d. q. 39. qui ibidem ex processu in hac nostra materia multas alias quæstiones examinat, quas breuiter attingere possumus.

Num. 6. Quomodo.

LOquitur in reo, secus in teste, per ea, quæ supradicta sunt. Quæ autem dicantur legitima indicia, hoc totum Iudicis arbitrio committitur, quod debet esse regulatum à iure, late declarat sæpe dictus Farina. de indici. & tortu. quæst. 37. num. 169. & plur. seq.

Quales dilationes sint assignandæ reo. Farina. d. q. 39. num. 12.

Num. 10. Equidem.

HAec est satis dubitabilis opinio, super qua videndus Farinac. de indici. q. 39. num.

num.68. verſ. amplia 15. Vera tamen eſt ſententia, vt defenſiue danda non obſtet potentia rei, non delicti atrocitas.

Num.xi. Non ſum neſcius.

IN hac Ciuitate hæc facultas torquendi reũ ex proceſsu informatiuo reſeruata eſt Senatui Excell. ad quem Iudices recurrunt, qui pro qualitate criminum atrocium hoc decernunt, pręſertim quoniam inuenti ſunt quidam acuti taxilli ad habendã veritatem. Quibus ſi quis reſiſtit, eius corpus vere fantaſticum poteſt appellari. Nunquam tamen eius vſum probaui, & à natura ita abhorrui, vt malim quædam incommoda familiaria ſuſtinere, quã cernere hominem illi cruciatui ſuppoſitum.

Sunt tamen multæ conſiderationes locales, in quibus irrogatur tortura reo denegato termino ad purgandum indicia, aliter quam per quæſtiones & tormenta, quarum late meminit Farinac.d.q.39 num.23.29. & ſeq. à quo videtur author omnia huc tranſtuliſse.

Num.14. Michaelem.

HIc Io.Maria Brugnolus, qui vir eruditiſſimus appellatur, eſt frater Illuſtriſs. Præſidis Senatus Bartholomæi Brugnoli, cui virtus ad omnes dignitates aditum patefecit, primo Capitanei Iuſtitiæ, mox Senatoris, poſtea regẽtis in Hiſpanijs, denique in excelſo honore Præſidiatus collocati, quem Deus nobis diu ſuperſtitem eſse ſinat, comprecamur. Huius etiã

meminit Farin. de indici. quæst. 40. nu. 15. verſ. verum vt in hac re, in fin.

Num. 23. Dixi.

DIlationes, & terminorum conceſſiones omnes ſunt arbitrariæ, vid. plene Farinac. d. quæſt. 39. num. 5. 6. lib. 2. & conceditur vſque ad quartam. Quandiu autem petitur dilatio per calumniam, dilationes amputandæ ſunt, & quando dantur litteræ Senatus pro habenda dilatione, addi ſolent illa verba, vbi abſit calumnia. Tutius tamen eſt peccare in permittendo ſuperfluas defenſiones, quam neceſſarias tollendo, vt colligitur ex Clar. q. 48. verſ. quæro quot dilationes.

Num. 29. Dixi.

OMnium vtiliſſima ſcitu eſt hæc repetitionis materia, quare pro clara intelligentia ſcire expedit nonnulla, quę licet ſparſa ſint, in vnum tamen breuiter à me colliguntur.

Primo repetitionem eſſe neceſſariam teſtis examinati parte non citata, nam licet eius depoſitio ſufficiat ad inquirendum, non tamen ſufficit ad torquendũ, aut ad cõdemnandum reum præſentem, ſecus abſentem, & contumacem. Ratio eſt, quia contumacia operatur cõfeſſionem delicti. Cæterum teſtis nõ repetitur, quando adeſt rei confeſſio, quæ purgat defectũ citationis, Clar. in q. 43. verſ. cęterum, in fin. hoc tribuit odio contumaciæ. Verum hæc ratio non ſatis tuta videtur, ſed melior hæc eſt, vt te-

teſtes habeantur pro legitimè examinatis, ita vt vlterior repetitio non requiratur ob vim tacitæ confeſſionis ex contumacia reſultantis, nam hi fuerunt ſufficientes ad tranſmittendū inquiſitionem. Ideo etiam ſufficere debent ad condemnandum. Alioquin inquiſitio fructu careret, & fruſtra tranſmitteretur.

Secundo, quod ſecuta ſententia contumaciali, & reo admiſſo ad nouas defenſiones, non eſt neceſſaria vlla repetitio teſtium; probatur hoc ratione, quia quod legitimè factum eſt, non vitiatur, ſi deueniat ad caſum, à quo incipere non potuit l. in ambiguis §. nō eſt nouū, ff. de reg. iur. cap. factum legitimè, de reg. iur. in 6. ſed ſic eſt, quod ſententia condēnatoria fundata ſuper confeſſione ex contumacia reſultante, non debet reuocari poſt admiſſionem ad nouas defenſiones, quia conſumatus eſt actus legitimè. Vnde bene dicit Clar. à Senatu fuiſſe grauiter reprèhenſum Prætorem Valentiæ, qui poſt admiſſionem citauit teſtes ad repetēdum & non comparentes cōdemnauit, cuius condemnationis nulla fuit habita ratio.

Tertio teſtes recepti in proceſſu informatiuo ante litis conteſtationem, & rei interrogationem faciunt tantum indicium ad inquirendum, & non probant. Id omnes affirmant nemine diſſentiente.

Quarto, teſtes examinati cōtra reum, vt probent, quo ad condemnationem, ſeu torturam,

duo sunt necessaria copulatiuè. Primum, quod reus sit citatus ad videndum eos examinari; Secundo, quod fuerint examinati post litis cōtestationem, Boss. de indici. num. 128. & de litis contestatione, Clar. d. q 45. versic. & in primis, vbi quod dicitur lis contestata, quando reus examinatus super delicto respondet Iudici interroganti. Cum contumace vero lis non cōtestatur, quia habetur ex dispositione statutorum pro confesso.

Quinto, consuetudinem & praxim iudiciorum hanc esse, vt iudex faciat sibi dari licentiam procedendi vsque ad sententiam singulis diebus & horis etiam eo absente, & nō citato, Cuius licentiæ loco successit monitio generalis, quæ operatur, quod nulla vlterior post eam citatio requiratur, & Notarij regulariter apponunt hanc clausulam post examen, & facta est monitio generalis: nec aliquis eorum tam resupinus est, quin sciat vti d. clausula, cuius effectus est maximus, vt per Clar. d. q. 45. in fin. Circa hoc cū Iacobus Balduinus esset in Castri Iouis carcere detētus ex causa famosi libelli contra Reuerendiss. Costachiaram Episcopū Aquensem editi, & à me esset certioratus de vi huius monitionis, toto exclamabat cælo, se hanc licentiam Iudici, qui tunc erat Alfonsus Cruceius I. C. Prætor delegatus, minimè dedisse, & falsum commisisse actuarium, qui tunc erat Fabritius Foppa, qui eā ex capite suo appo-

po-

posuerat. Decessit hic pendente processu, cum quo erat mihi magnæ vinculū necessitudinis.

Sexto, quod etsi testes sint habiti pro legitimè repetitis, attamen possint de consensu reuocari ex famoso Hieron. Gabriell. cons. 178. num. 18. vbi hoc declarat re integra existente ante habitam copiam indiciorum. Nam in his, quæ publici iuris sunt, non procedit regula, quod semel placuit &c. & ita in contingentia facti pro Bartholomæo Fagnano accusato de receptione bannitorum ab Octauio Piola in loco Vicemercurialis (vulgo Vicemercati) respondi, licet à Fisco Regio multæ factæ fuerint difficultates, seu contradictiones, vt quandoq; in edendis meis responsis dicam.

Septimo, quod repetitio hęc fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quæ requirerentur, vbi isti testes repetendi nunquā fuissent examinati, & ideo debent de nouo iurare, alias nullā fidem facerent. Clar. q. 45. vers. Cæterum.

Octauo, quod si testes sint eiusmodi, quibus de iure non est adhibenda fides, nisi cum tortura ad purgādum infamiam, puta quia essent socij criminis, nō sufficeret, quod prius fuisset examinatus in tormentis, & quod de nouo iuraret; sed opus foret, quod de nouo post iuramentū in tormentis constitueretur, & in illo delicto permaneret, quia illa tortura, & omne, id quod agitatū est ante litis contestationē, nō habetur in aliqua cōsideratione quò ad præiu-

di-

dicium ipsius comparentis, Clar. ibi. vbi vide.

Nono, testis, dū repetitur, potest petere sibi, legi suam depositionem iam factam. Vide Scacc. cap. 86. nu. 48. 55.

Num. 33. Aduerte.

CVm agatur de supplendo defectu citationis; consentaneum est, quod procurator specialis, vel ipsemet reus, declaret se velle testes curiæ haberi pro repetitis saluo iure opponendi contra personas, & dicta testium, quia in arduis requiritur procurator specialis, cum sit hæc declaratio animi ipsius rei, quæ nō fit nisi à procuratore speciali, ex cumulat. per Surd. decis. Mant. 89. num. 20. nec sufficit mandatum cum libera, quia non trahitur ad ea, in quibus de vita, & honore vitæ anteponendo agitur, Surd. ibi, vbi quod cui cōceditur rerū ad ministratio, non censetur cōcessa vitæ, & honoris.

Num. 37. Et in tantum.

SI reus instat pro copia indiciorum habēda cū oblatione de habendo testes pro repetitis, non sufficit, quia is, qui paratus est facere nō facit. Quin etiam (vt dixi) illa oblatio potest reuocari re integra existente. Gabriel dicto cons. 178. lib. 1. Quod est summe notandum. Vidend. etiam Honded. cons. 101. nu. 33. vers.

pri-

primo, lib.1. Vulpell. conſ. crim.12. nu.18.& 33. nu.1.6.

Num.51. Quò ſi quando.

De litteris remiſſorijs ſupra dictum eſt.

Num.54. Dicatur.

APud nos hoc nõ ſeruatur. Quãdoq; tamen petuntur nomina à Notario per reũ, vt deliberet, an aliquos velit haberi pro repetitis, alios vero non. Ne tamen quis grauetur teſtes repetẽdos in carceribus expectare per menſes, optuli ſæpe fideiuſſiones de cõparendo in mane, & in Veſperis ad officium, vel deſiſtẽdo, in domo, & cõparendo ad primã monitionẽ, ſed nunquã sũ admiſsus. Quod inſpecta qualitate calumnioſarum accuſationum, durũ quãdoq; mihi viſum eſt: attamen ab antiqua obſeruãtia recedendum nõ eſt, & minimè mutanda ſunt, quæ certã ſemper interpretationem habuere.

Num.55. Et licet.

QVæſtio hæc, an publicato proceſsu iudex poſſit teſtes recipere, ſeu ad offenſam, ſeu ad defenſam, ſeu ex officio, ſeu parte inſtante, plenè excutitur per Anton. Theſaur. Pedemont. deciſ.262. & tenet opinionẽ affirmatiuã fauore publico, ne veritas amittatur. Obſerua tamẽ tu, qui es Mediolanen, Clar. magiſtraliter in hoc articulo loquentem q.61. verſ. ſed quæro.

Ven-

Ventilatus fuit hic articulus per me in ardua causa Egr. Comitis Rinaldi Abduæ accusatoris contra Ioannem Maranum Marchianũ sicarium , & homicidam Iulij Abduæ fratris eiusdem Tandem Senatus visa decisione prædicta venit in sententiam , attenta atrocitate delicti,permittendũ d.Abduæ,vt non obstante publicatione,testes recipi possent,licet Senatus addiderit hæc verba,maxime attenta qualitate d. Abduæ ,de cuius legalitate non erat pertimescendum in subornatione.

In causa verò homicidij patrati in persona Io. Baptistæ Pusterlæ filii Horatij, in qua detinebatur Melchior de Valle, aliter fuit decretũ per I.C.Trussum de Trussis Vicarium Iustitiæ de hac legali scientia benemeritum.Ideo dicere illud possum.

Velle suum cuiq; est, nec votoviuitur vno.

Si tamen ex d. dilatione imminueretur in aliquo defensio rei præsentis, toleratur potius vt omnia esi ex grauantia exprimantur. Quæ omnia post Glar. confirmat Farinac.quæst.39. n.156.157.tantus est sauor innocentiæ, vt sæpe dixi,nec repeto.Signa tamen,nec te effugiat.

Num.56. Restat.

PAuci sunt ex Notarijs qui probè calleant secernere furfurem à farina,scilicet inditia tantum ex grauantia reũ præsentem delatis his, ex quibus absens condemnandus instrui possit.

possit, ingenium requiritur exquisitum, Clar. in qu.49. vers. sed pone.

Num. 59. Quid quando.

VEh homini confesso, quia nõ habebit, qui eum subleuet. Vnde illud vulgatum prouerbium: Non est confessi causa tuenda rei; & melius est pati martiria, quã fateri. Verissimũ hoc semper esse vsu compertum est: quod cũ quidam Ludouicus Tortus amicus meus imputatus in Ciuitate Papię de falsa moneta vna cum Dario de Canibus, qui postea vti bannitus occisus est, inter tormenta in ore haberet & clamaret, meglio è esser martire, che confessore, fuit interrogatus, quidnam hæc verba vellent. Ille vero Ill. Senatori, ac Prætori Lucio Albricio eum interroganti respondit; intendo ch'è meglio esser martire in sostener la verità, che confessar la bugia, & hoc modo sępius respondit reiteratis quæstionibus, qui tandem fuit absolutus.

De hac confessione, Clar. qu.65.

Quòd confesso dentur dilationes ad se defendendum, ibidem Clar. etiam quòd eas non petat.

Limita hoc dictũ in confessione spontanea, secus si facta sit in tormentis, vel metu tormẽtorum extorta, quia non potest reus condemnari, nisi in ea perseueret, illãq; ratificet, Clar. q.64. vers. cæterum, & q.65. in fin.

An eadem copia indiciorum sit danda reo torquendo,antequam torturæ subijciatur,dicit Clar.d.q.49. vers.sed nunquid, petendam esse. quandoque tamen denegatur, sed de hoc dicemus.

An testibus, supradictum est, & plene apud Scacci. cap. 4. num. 16, vers. quæro. Farinac. quæst.39.num.147.vbi referuntur duo contraria responsa Iureconsultorum Excellentiss.

Quid in famoso latrone, Farina.dicta q.39. num.107.108.

Quid in copia positionum, interrogatoriorum testium,Scaccia ibidem.

Quid si neget eam,quid agendum, ibid.n.9.

Quod teneatur Iudex in syndicatu. Farina. d.q.39. qui ibidem ex processu in hac nostra materia multas alias quæstiones examinat, quas breuiter attingere possumus.

Num.6. Quomodo.

LOquitur in reo, secus in teste,per ea, quæ supradicta sunt. Quæ autem dicantur legitima indicia,hoc totum Iudicis arbitrio committitur,quod debet esse regulatum à iure,late declarat sæpe dictus Farina. de indici. & tortu. quæst.37.num.169.& plur.seq.

Quales dilationes sint assignandæ reo. Farina.d.q.39.num.12.

Num.10. Equidem.

HAec est satis dubitabilis opinio, super qua videndus Farinac. de indici. q. 39. num.

num. 68. verſ. amplia 15. Vera tamen eſt ſententia, vt defenſiue danda non obſtet potentia rei, non delicti atrocitas.

Num. xi. Non ſum neſcius.

IN hac Ciuitate hæc facultas torquendi reũ ex proceſsu informatiuo reſeruata eſt Senatui Excell. ad quem Iudices recurrunt, qui pro qualitate criminum atrocium hoc decernunt, pręſertim quoniam inuenti ſunt quidam acuti taxilli ad habendã veritatem. Quibus ſi quis reſiſtit, eius corpus vere fantaſticum poteſt appellari. Nunquam tamen eius vſum probaui, & à natura ita abhorrui, vt malim quædam incommoda familiaria ſuſtinere, quã cernere hominem illi cruciatui ſuppoſitum.

Sunt tamen multæ conſiderationes locales, in quibus irrogatur tortura reo denegato termino ad purgandum indicia, aliter quam per quæſtiones & tormenta, quarum late meminit Farinac. d. q. 39 num. 23. 29. & ſeq. à quo videtur author omnia huc tranſtuliſse.

Num. 14. Michaelem.

HIc Io. Maria Brugnolus, qui vir eruditiſſimus appellatur, eſt frater Illuſtriſs. Præſidis Senatus Bartholomæi Brugnoli, cui virtus ad omnes dignitates aditum patefecit, primo Capitanei Iuſtitiæ, mox Senatoris, poſtea regẽtis in Hiſpanijs, denique in excelſo honore Præſidiatus collocati, quem Deus nobis diu ſuperſtitem eſse ſinat, comprecamur. Huius etiã

meminit Farin. de indici. quæst. 40. nu. 15. verſ. verum vt in hac re, in fin.

Num. 23. Dixi.

DIlationes, & terminorum conceſſiones omnes ſunt arbitrariæ, vid. plene Farinac. d. quæſt. 39. num. 5. 6. lib. 2. & conceditur vſque ad quartam. Quandiu autem petitur dilatio per calumniam, dilationes amputandæ ſunt, & quando dantur litteræ Senatus pro habenda dilatione, addi ſolent illa verba, vbi abſit calumnia. Tutius tamen eſt peccare in permittendo ſuperfluas defenſiones, quam neceſſarias tollendo, vt colligitur ex Clar. q. 48. verſ. quæro quot dilationes.

Num. 29. Dixi.

OMnium vtiliſſima ſcitu eſt hæc repetitionis materia, quare pro clara intelligentia ſcire expedit nonnulla, quę licet ſparſa ſint, in vnum tamen breuiter à me colliguntur.

Primo repetitionem eſſe neceſſariam teſtis examinati parte non citata, nam licet eius depoſitio ſufficiat ad inquirendum, non tamen ſufficit ad torquendū, aut ad cōdemnandum reum præſentem, ſecus abſentem, & contumacem. Ratio eſt, quia contumacia operatur cōfeſſionem delicti. Cæterum teſtis nō repetitur, quando adeſt rei confeſſio, quæ purgat defe-ctū citationis, Clar. in q. 43. verſ. cęterum, in fin. hoc tribuit odio contumaciæ. Verum hæc ratio non ſatis tuta videtur, ſed melior hæc eſt, vt te-

testes habeantur pro legitimè examinatis, ita vt vlterior repetitio non requiratur ob vim tacitæ confessionis ex contumacia resultantis, nam hi fuerunt sufficientes ad transmittendũ inquisitionem. Ideo etiam sufficere debent ad condemnandum. Alioquin inquisitio fructu careret, & frustra transmitteretur.

Secundo, quod secuta sententia contumaciali, & reo admisso ad nouas defensiones, non est necessaria vlla repetitio testium; probatur hoc ratione, quia quod legitimè factum est, non vitiatur, si deueniat ad casum, à quo incipere non potuit l. in ambiguis §. nõ est nouũ, ff. de reg. iur. cap. factum legitimè, de reg. iur. in 6. sed sic est, quod sententia condẽnatoria fundata super confessione ex contumacia resultante, non debet reuocari post admissionem ad nouas defensiones, quia consumatus est actus legitimè. Vnde bene dicit Clar. à Senatu fuisse grauiter reprehensum Prætorem Valentiæ, qui post admissionem citauit testes ad repetẽdum & non comparentes cõdemnauit, cuius condemnationis nulla fuit habita ratio.

Tertio testes recepti in processu informatiuo ante litis contestationem, & rei interrogationem faciunt tantum indicium ad inquirendum, & non probant. Id omnes affirmant nemine dissentiente.

Quarto, testes examinati cõtra reum, vt probent, quo ad condemnationem, seu torturam,

duo sunt necessaria copulatiuè. Primum, quod reus sit citatus ad videndum eos examinari; Secundo, quod fuerint examinati post litis cõtestationem, Boss. de indici. num. 128. & de litis contestatione, Clar. d. q. 45. versic. & in primis, vbi quod dicitur lis contestata, quando reus examinatus super delicto respondet Iudici interroganti. Cum contumace vero lis non cõtestatur, quia habetur ex dispositione statutorum pro confesso.

Quinto, consuetudinem & praxim iudiciorum hanc esse, vt iudex faciat sibi dari licentiam procedendi vsque ad sententiam singulis diebus & horis etiam eo absente, & nõ citato, Cuius licentiæ loco successit monitio generalis, quæ operatur, quod nulla vlterior post eam citatio requiratur, & Notarij regulariter apponunt hanc clausulam post examen, & facta est monitio generalis: nec aliquis eorum tam resupinus est, quin sciat vti d. clausula, cuius effectus est maximus, vt per Clar. d. q. 45. in fin. Circa hoc cũ Iacobus Balduinus esset in Castri Iouis carcere detẽtus ex causa famosi libelli contra Reuerendiss. Costachiaram Episcopũ Aquensem editi, & à me esset certioratus de vi huius monitionis, toto exclamabat cælo, se hanc licentiam Iudici, qui tunc erat Alfonsus Cruceius I.C. Prætor delegatus, minimè dedisse, & falsum commisisse actuarium, qui tunc erat Fabritius Foppa, qui eã ex capite suo appo-

po-

posuerat. Decessit hic pendente processu, cum quo erat mihi magnæ vinculū necessitudinis.

Sexto, quod etsi testes sint habiti pro legitimè repetitis, attamen possint de consensu reuocari ex famoso Hieron. Gabriell. cons. 178. num. 18. vbi hoc declarat re integra existente ante habitam copiam indiciorum. Nam in his, quæ publici iuris sunt, non procedit regula, quod semel placuit &c. & ita in contingentia facti pro Bartholomæo Fagnano accusato de receptione bannitorum ab Octauio Piola in loco Vicemercurialis (vulgo Vicemercati) respondi, licet à Fisco Regio multæ factæ fuerint difficultates, seu contradictiones, vt quandoq; in edendis meis responsis dicam.

Septimo, quod repetitio hęc fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quæ requirerentur, vbi isti testes repetendi nunquā fuissent examinati, & ideo debent de nouo iurare, alias nullā fidem facerent. Clar. q. 45. vers. Cæterum.

Octauo, quod si testes sint eiusmodi, quibus de iure non est adhibenda fides, nisi cum tortura ad purgādum infamiam, puta quia essent socij criminis, nō sufficeret, quod prius fuisset examinatus in tormentis, & quod de nouo iuraret; sed opus foret, quod de nouo post iuramentū in tormentis constitueretur, & in illo delicto permaneret, quia illa tortura, & omne, id quod agitatū est ante litis contestationē, nō habetur in aliqua cōsideratione quò ad præiu-

di-

dicium ipsius comparentis, Clar. ibi. vbi vide.

Nono, testis. dũ repetitur, potest petere sibi, legi suam depositionem iam factam. Vide Scacc. cap. 86. nu. 48. 55.

Num. 33. Aduerte.

CVm agatur de supplendo defectu citationis; consentaneum est, quod procurator specialis, vel ipsemet reus, declaret se velle testes curiæ haberi pro repetitis saluo iure opponendi contra personas, & dicta testium, quia in arduis requiritur procurator specialis, cum sit hæc declaratio animi ipsius rei, quæ nõ fit nisi à procuratore speciali, ex cumulat. per Surd. decis. Mant. 89. num. 20. nec sufficit mandatum cum libera, quia non trahitur ad ea, in quibus de vita, & honore vitæ anteponendo agitur, Surd. ibi, vbi quod cui cõceditur rerũ ad ministratio, non censetur cõcessa vitæ, & honoris.

Num. 37. Et in tantum.

SI reus instat pro copia indiciorum habẽda cũ oblatione de habendo testes pro repetitis, non sufficit, quia is, qui paratus est facere nõ facit. Quin etiam (vt dixi) illa oblatio potest reuocari re integra existente. Gabriel dicto cons. 178. lib. I. Quod est summe notandum. Vidend. etiam Honded. cons. 101. nu. 33. vers. pri-

primo, lib. 1. Vulpell. conſ. crim. 12. nu. 18. & 33. nu. 16.

Num. 51. Quò ſi quando.

De litteris remiſſorijs ſupra dictum eſt.

Num. 54. Dicatur.

APud nos hoc nõ ſeruatur. Quãdoq; tamen petuntur nomina à Notario per reũ, vt deliberet, an aliquos velit haberi pro repetitis, alios vero non. Ne tamen quis grauetur teſtes repetẽdos in carceribus expectare per menſes, optuli ſæpe fideiuſſiones de cõparendo in mane, & in Veſperis ad officium, vel deſiſtẽdo, in domo, & cõparendo ad primã monitionẽ, ſed nunquã ſũ admiſsus. Quod inſpecta qualitate calumnioſarum accuſationum, durũ quãdoq; mihi viſum eſt: attamen ab antiqua obſeruãtia recedendum nõ eſt, & minimè mutanda ſunt, quæ certã ſemper interpretationem habuere.

Num. 55. Et licet.

QVæſtio hæc, an publicato proceſsu iudex poſſit teſtes recipere, ſeu ad offenſam, ſeu ad defenſam, ſeu ex officio, ſeu parte inſtante, plenè excutitur per Anton. Theſsaur. Pedemont. deciſ. 262. & tenet opinionẽ affirmatiuã fauore publico, ne veritas amittatur. Obſerua tamẽ tu, qui es Mediolanen, Clar. magiſtraliter in hoc articulo loquentem q. 61. verſ. ſed quæro.

Ven-

possit, ingenium requiritur exquisitum, Clar. in qu.49. vers. sed pone.

Num. 59. Quid quando.

VEh homini confesso, quia nõ habebit, qui eum subleuet. Vnde illud vulgatum prouerbium: Non est confessi causa tuenda rei; & melius est pati martiria, quã fateri. Verissimũ hoc semper esse vsu compertum est: quod cũ quidam Ludouicus Tortus amicus meus imputatus in Ciuitate Papię de falsa moneta vna cum Dario de Canibus, qui postea vti bannitus occisus est, inter tormenta in ore haberet & clamaret, meglio è esser martire, che confessore, fuit interrogatus, quidnam hæc verba vellent. Ille vero Ill. Senatori, ac Prætori Lucio Albricio eum interroganti respondit; intendo ch'è meglio esser martire in sostener la verità, che confessar la bugia, & hoc modo sępius respondit reiteratis quæstionibus, qui tandem fuit absolutus.

De hac confessione, Clar. qu.65.

Quòd confesso dentur dilationes ad se defendendum, ibidem Clar. etiam quòd eas non petat.

Limita hoc dictũ in confessione spontanea, secus si facta sit in tormentis, vel metu tormẽtorum extorta, quia non potest reus condemnari, nisi in ea perseueret, illãq; ratificet, Clar. q.64. vers. cæterum, & q.65. in fin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Repetitio testium qualiter recipienda sit.
2 Forma recipiendæ testium depositionis.
3 Forma conclusionis examinis repetitionis.
4 Repetitio testium ad cuius instantiam facienda sit distingue, ut ibi.
5 Repetitio an facienda sit expensis Fisci, an vero ipsius rei distingue.
6 Repetitio testium in Vrbe, quando reus declarauit nolle habere testes curiæ pro ritè, & rectè examinatis, cuius expensis fieri debeat.
7 Auctor semel vidit hanc quæstionem valde controuerti, & fuit transmissus Commissarius expensis Fisci.
8 Io. Iacobus Panicus tamen Procurator fiscalis valde contradixit, & protestatus fuit se dictam repetitionem expensis Fisci fieri non permittere, nisi saluo iure recuperandi ab ipsis reis quicquid in hoc erogatum fuisset.
9 Auctor postea vidit expensas pro dicta repetitione in Vrbe subministrari à Fisco, si adhærens Fisco idoneus non interueniat.
10 Hæc tamen obseruantia Auctori non placet.
11 Qui putat expensam totam à Fisco fieri non debere, si testes repetendi sint super interrogatorijs rei, sed reum debere concurrere pro sua parte habita ratione expensarum, quæ fiunt occasione interrogatoriorum rei.

12 Ab-

12 *Absurdum est alium commodum sentire, alium vero onus sustinere.*

13 *Duplici onere nemo debet grauari.*

14 *Pro testibus repetendis an possint concedi litteræ remissorales, vel transmitti Commissarius, an vero potius testes ad curiam euocandi.*

15 *Auctor vidit varie seruari circa hoc, & semper arbitrio Iudicis resolutionem factam.*

16 *Repetitio fieri debet cum omnibus qualitatibus, quæ requirerentur, vbi tales testes nunquam alias fuissent examinati.*

17 *Testis qui deposuit in tortura, debet etiam repeti in tortura.*

18 *Præcedere tamen debet hanc secundum torturam ratificatio eorũ, quæ fuerunt deposita in prima tortura.*

19 *Ista autem tortura debet esse lenis.*

De repetione testium, & forma illos repetendi.

Caput Secundum.

FEci mentionem superius de repetitione testium, restat modo, vt quomodo illa accipienda sit te doceam. †Citato igitur reo ad videndum repeti testes, & ad dandum interrogatoria, &c. vt superius, dictisque interrogatoriis per reum datis, vel iis non datis, lapso tamen termino ad illa dandum præfixo, vocatur testis coram Iudice, & Notario, eique defertur iuramentum

ricordo il giorno preciso, ma fù del mese di Nouembre prossimo innanzi al Signor N. nell'officio, &c. è vero, & lo dissi per la verità.

Et lecto sibi per me de mandato, &c. ad claram ipsius intelligentiam dicto eius examine, & per ipsum bene audito, & intellecto (prout asseruit) fuit per D. vel per me, &c.

Interrogatus, an ea, quæ in præsentia legi audiuit, fuerint ab ipso dicta, & deposita eo, quo iacent modo, sitque istud eius examen, de quo supra mentio facta fuit.

Respondit: Signor si, che quello, che mi hauete letto adesso, è il mio esame, & quanto si contiene in esso, è stato detto, & deposto da me nel modo, che hò sentito leggere adesso.

Interrogatus, an prædictis intendat aliquid addere, vel demere; dictumque examen in toto, vel in parte reuocare, an vero potius illud confirmare, & ratificare, pro veritate in omnibus, & per omnia.

Respondit: Io nõ voglio aggiungere, nè sminuir cosa alcuna à detto mio esame, ne quello riuocare in parte alcuna, anzi lo voglio approuare, & ratificare per vero, si come per tale l'approuo, & ratifico in tutto, & per tutto.

3 † Tunc Dominus sedens, &c. acceptatis, &c. examen dimisit, & ipsum testem licentiauit iniuncto prius illi, vt se propria manu subscribat. prout se subscripsit, vt infra videlicet.

Q Io

Io Titio di N.cõfermo quanto di sopra,&c.

4 † Dubitari potest,an huiusmodi repetitio testium sit facienda ad instantiam Fisci, an potius ad instantiam ipsius rei. Breuiter dicas,aut sumus in Vrbe,quo in loco,vt iam dixi in precedenti capitulo, rei non coguntur habere testes pro ritè, & rectè examinatis, & tunc aut reus dixit nolle habere tales testes pro ritè, & rectè examinatis, aut declarauit se velle eos habere pro ritè,& rectè examinatis,saluo iure repetendi,&c.Primo casu testes repetendi sunt ad instantiam Fisci. Secundo vero casu ad instantiam ipsius rei. Aut sumus in partibus, & tunc quia in illis semper tenentur rei facere dictam declarationem, quod habent testes pro rite receptis, repetitio fieri debet reo pariter instante. Honded.cons.101.num.26.lib.1.

5 † Potest etiam insurgere alia dubitatio, videlicet, cuius expensis, an Fisci,an vero rei, dicta repetitio facienda sit; & profecto semper in partibus, & quandoque etiam in Vrbe, quando scilicet reus habuit testes pro ritè, & rectè examinatis, saluo iure repetendi, &c. si velit reus illos repeti facere, suis expensis hoc facere debebit. Put. decis. 317. num.2. lib.2.& decis. 427.lib.1. Honded.d.consil.101.num.27.lib.1. & ita ego pluries obseruari vidi in practica.

6 † Quando verò in Vrbe declarauit reus se nolle habere testes pro ritè, & rectè examinatis, quo casu repetitio fieri solet ad instantiam

Fisci,

Fisci,qui vult vti reorum depositionibus,vt di-
7 xi,tunc maior est dubitatio. † Et semel ego vidi in contingentia facti hanc quæstionem valde controuerti, & tandē fuit transmissus Commissarius pro repetendis testibus expensis Fisci,
8 † licet M.D. Io Iacobus Panicus tunc Procurator Fiscalis generalis, vir nunquam satis laudatus,cuius anima requiescat in pace, multum contradixisset, & pluries protestatus fuisset se dictam repetitionem expensis Fisci fieri non permittere, nisi saluo iure recuperandi ab ipsis reis,quicquid in hoc fuisset erogatum.
9 † Et quamquam tempore aliorum procuratorum fiscalium postea indistinctè obseruatū viderim, vt Fiscus repetitionis sumptus subministrauerit, vbi Fisco adhærens non interueniat;quia tali casu iste adhærens, si idoneus sit,
10 impensam tenetur facere : † nihilominus hæc obseruantia nunquam mihi placuit.
11 †Etenim puto totam impensam nullo modo fieri debere per Fiscum, si testes repetendi sint cum interrogatoriis rei, quem arbitror omnino debere concurrere habita ratione expensarum, quæ fiunt occasione dictorum interrogatoriorum. Si enim,verbi grtia,transmittitur Commissarius ad aliquem locum pro repetendis testibus, qui dictam repetitionem duobus, vel tribus diebus absolueret, quando super interrogatoriis rei testes interrogandi nō essent, & ex causa dictorum interrogatoriorū

dictam repetitionem non potest perficere, nisi decem vel quindecim diebus, nescio videre, qua de causa reus non debeat concurrere ad huiusmodi expensas, cum dicta interrogatoria ad ipsius commodum vertant, & pro eius beneficio tantum instante ipso testes Fisci super
12 illis examinentur. † Absurdum enim videtur ipsum reum commodum sentire, quia non cogitur testes habere pro ritè receptis, nec illos repeti facere, Fiscum vero onus expensarum sustinere, l. secundum naturam, & ibi Dec. in fi.
13 princ. ff. de reg. iur. † qui propterea duplici onere grauatur, quod fieri non deberet, l. cum propinas, l. si quis maior, l. vbi partum. C. de transact. Sed ad hoc aduertant Fisci patroni: Tu consuetudinem loci obseruabis,

14 † Solet etiam dubitari, an aliquando sint concedendæ litteræ remissoriales, vel transmittendus Commissarius pro repetendis testibus in partibus, vel potius illi ad Curiam ad effectum prædictum sint euocandi.

15 † Ego vidi non semel super hoc dubitari, & tandem semper fuit obseruatum, quod pro libito ipsorum Iudicum attento numero, & qualitate testium, & aliis causis, modo fuit trāsmissus Commissarius, vt in vna Viterbiensi falsitatis corā A.C. per acta tunc Grimaldi, modo autem Cataloni, & in alia Perusina excessuum, coram Gubernatore Vrbis, per acta Charitatis, in qua ego fui transmissus Commissarius ad par-

partes: modo fuerunt concessæ litteræ remissoriales, prout in vna Maceratensi falsitatis, corã A.C. per acta Belgii, & in alia coram eodem A.C. per acta Celii, in qua Gubernator Fauentiæ fuit deputatus Commissarius ad effectum prædictum, & tantummodo transmissus Notarius: modo etiam coacti testes ad Curiam accedere, prout in vna Melphitana excessuũ coram A. C. per acta eiusdem Grimaldi nunc Cataloni, & in alia Arianẽsi pariter excessuum coram eodem A.C. per acta eiusdem Notarii; in quibus causis testes fuerunt ad Vrbem vocati ex Regno Neapolitano, quia suberat suspicio de illorum fide: coacti tamen fuerunt inquisiti testibus expensas subministrare, quia ipsi instabant, quod testes ad Vrbem euocarẽtur. Idcirco erit hoc arbitrio Iudicis relinquendum. Cassiador. dec. 3. de dilat. nu. 5. Boccar. de litteris remissorialibus. c. 3. nu. 49.

16 † Aduerte etiam, quod huiusmodi repetitio fieri debet cum omnibus illis qualitatibus, quę requirerentur, vbi testes repetendi nunquam fuissent examinati, vt dixi supra de confronta-
17 tione. Sup. lib. 2. cap. 9. nu. 1. †et ideo si essent testes, quorum dictis non esset habenda fides, nisi cum tortura, puta quia esset socius criminis, non sufficeret, quod prius fuisset examinatus in tormentis, et quod de nouo iuraret, sed opus etiam esset, vt de nouo post iuramentum poneretur in tormentis, et perseueraret in illo

 dicto,

dicto, namque illa tortura, et quicquid fuit agitatum ante litis contestationem non habetur in consideratione quoad præiudicium ipsius rei comparentis; quod nota, quia ad hoc pauci solent aduertere. Clar. quæstio. quadragesima quinta. versic. cæterum ibi, et aduerte.

18 † Nota etiam, quod dicta secunda tortura non est inferenda, nisi prior depositio facta in tormentis fuisset ratificata per ipsum reum extra tormenta, vt in simili superius tibi dixi sup.
19 lib. 2. cap. 9 nu. 16. † et debebit quidem ista tortura esse non multum grauis, sed leuis, vt omnes Doctores tradunt, et clamant. Boss. in tit. de mand. homicid. nu. 31. quod nonnulli iniqui, et ignari Iudices non faciunt.

SCHOLIA IN CAP. II.

ET ad dandum interrogatoria citatur reus: verum hoc Mediolani nō obseruatur videlicet, vt citetur testis ad repetendum, & interrogatoria formandum, sed tantum ad repetendum. Quare non admittitur, quòd hic dicit author iuxta Clar. qu. 23. in fin. vbi quod consuetudo obseruat quod reus nunquam det interrogatoria testibus pro Fisco deponentibus, & vice versa accusator non det interrogatoria testibus ad defensam deponentibus. Actuarij tamen nostri parum seruant hanc consuetudinem, quia inter processus inserunt interrogatio-

tiones, nec patiuntur aliquid excidere ex eis, quæ ad eos à partibus deferuntur, vt habeant maiores pecunias ratione scripturæ, cum infinitus sit scribarum numerus, & numerosior, quam sint causæ, quibus paruam mercedem pro scriptura dant, puta assem, vt ipsi actuarij reliquum sine labore exigant.

Num. 4. *Dubitari.*

HAec disputatio inanis est in Ducatu Mediolani, quia si reus nolit habere testes pro repetitis, tenetur actor instāte reo, quod repetitio fiat, expensas illas facere, cum teneatur actor fundare intentionem suam. At intentio non dicitur fundata, nisi repetitis testibus examinatis parte citata. Vnde stante hac nostra inueterata consuetudine cessant considerationes factę super obseruatione vrbis, de qua apud Honded. consi. 101 num. 23. & inde plur. Raro enim, seu nunquam incidunt eiusmodi quæstiones: ideo frustra ad hunc locum sunt referendæ. Rursus cessant ea quæ dicuntur de repeten. testibus super interrogatorijs, de quibus apud Præsid. Menoch. conf. 311. num. 26. lib. 4. Honded. sup. citat. Hæc enim omnia superflua esse demonstrat prax. Clar. §. fi. q. 23. in fin. vt supra dixi. Quare super his tu qui certas de pane lucrando, noli insistere.

Num. 11. *Etenim.*

COmmunis est expensa, quia omnis est vtilitas Fisci in fundando accusationem

vt ſupra dixi, Accuſati in offerendis interrogatorijs, quæ intentionem Fiſci vel accuſatoris elidunt. arg. l ſed,& ſi §.1.;ff. ad exhibendũ.& in l. cum ſæpe C. de erogat. militar.anno. lib. 10. Verum circa hanc quæſtionem expenſarũ præſtandarum do tibi ſingularem theoricam, & non errabis, nec quæres particulares deciſiones ſuper vnoquoque caſu occurrentes, ne penuriam tui oſtendes ingenij, quod omnia onera, & ſuffragia iuſtitiæ expenſis carcerati, ſi in culpa eſt, fiunt, ſi ſoluendo reperiatur, alioquin expenſis proſequentis accuſationem, & denique Fiſci. Boer. deciſ. 203. relatus ab Aſin. in prax. §. 31. cap. 2. Angel. conſ. 32. vbi habes multas egregias illationes. Ergo eodem modo inferemus, ſi fundata eſſet intentio Fiſci, & reus aliquid peteret, per quod ius Fiſci ſubuerteretur, expenſis ſuis foret præſtandum, ſi vtilitas communis ageretur, communis etiam expenſa facienda eſt.

Num.15. Ego vidi.

SVpra nonnulla attigi in materia remiſſoriarum. In quarum materiam poſt Boſs. & Clar. refert Aſin. in prax. §.21.c.2. & plur. ſeqq. ad quem recurras.

Num.16. Aduerte.

Nonnulla ſignaui lib.2.cap.3 poſt Clar.qu.46.

Num.19. Et debebit.

QVod leuis debeat eſſe tortura, iam ſupra dixi, & quando hoc locum habeat vid.

Fa-

Farinac. de indic. & tortur. q.40. in fin. n. 27. & cap.86. nu.57. In leuibus autem criminibus ad torturam,& quæstiones non deuenias, l. leuia,vbi Bart. ff. accusat. Salicet. ad l non ideo minus,col.3. C.de accus. Cason. in prax.crim. tit.de torment. cap.8.num.3. Grilland. de torment. quæst.5. num.4. & cap.7. in princ. Nec illius vestigia sequaris,qui in causa, pro qua reus tantum pecunialiter fuisset mulctatus, testes crudelibus subiiciebat tormentis, & longa carceratione fatigabat, cum media debeant à fine regulari, ad quem sunt ordinata, iuxta præceptoris mei Crauett. cons. 137. num. 11. Franc. Cason. de tormen. cap. 8. qui melius loquitur quam Clar. §. fin. qu.64. vers.præterea, dum dicit, practicari, vt super leuibus tortura adhiberi possit,cuius praxis meminit author hic num. 10. 11. cum appostil. ad eum. Vtinā ab his qui hæc officia attingere audent, exquireretur iudiciorum criminaliū examen quorum sunt ieiuni, in quibus, nisi quis inuigilet, ac impallescat in cartis, vix in eo iustitia potest inueniri solida, & constans, sed varia, incerta, lubrica, nec vtiles esse incipiunt Reipublicæ,nisi cum antea multorum se carnifices præstiterunt iuxta quosdam medicos. Proh quam male inęquales veniunt ad aratra iuuenci. Rogandus est Deus vt ad id muneris seligantur à Principibus docti,reiectis indoctis,donec ætate & sapientia proficiant. Quod

si vn-

si vnquam sperandum fuit, id futurum speramus sub hoc inclito Principe, & vero heroe Comite de Fuentes.

Finis Libri Tertij.

LIBER IV.

SVMMARIVM.

1 *Indicia debent purgari per tormenta, quando reus in terminis sibi assignatis, nihil, aut non releuans, deduxit ad sui defensionem.*

2 *Tormentorum genera varia sunt ad veritatem eruendam excogitata.*

3 *Tormentis magis vsitatis vti debet Iudex contra reos.*

4 *Et in hoc debet attendere consuetudinem Prouinciæ, in qua ius dicit.*

5 *Et si plura sint tormentorum genera in ista Prouincia, poterit Iudex ea eligere, quæ sibi magis libuerint.*

6 *Iudex meminisse debet se esse Christianum, & propterea debere esse moderatum, & misericordem in tormentis inferendis.*

7 *Rei, qui torquentur, debent vel innocentiæ, vel supplicio incolumes seruari.*

8 *Tortura est remedium subsidiarium, tuncque ad illam deueniendum est, quando aliter veritas haberi non potest.*

9 Tor-

9 *Tortura non est adhibenda, nisi in delictis, pro quibus corporalis pœna infligenda venit.*

10 *Practica tamen obseruat, vt aliquando etiam in leuioribus delictis, ex aliqua iusta causa tortura inferatur.*

11 *Ex consuetudine omnes torquentur, nulla habita personarum qualitatis distinctione.*

12 *Tortura inferri non potest, nisi legitimis præcedentibus inditiјs legitimè probatis, & ad torturam sufficientibus.*

13 *Iudex cauere omnino debet, ne quem iniustè torqueri faciat.*

14 *Indicia ad torturam debent considerari diligentissimè, an sint sufficientia, & iuri consona.*

15 *Inditia ad torturam sunt valdè reposita in arbitrio Iudicis; quod tamen arbitrium non debet à Iure dissonum esse, sed æquitati consentire.*

16 *Inditia ad torturam debent esse luce clariora in sua specie, certa, & non dubia, non æquiuoca, concludentia, ad delictum inferentia, probabilia, verisimilia, à Iure approbata, & concludenter probata in genere suo.*

17 *Iudex debet esse quodammodo certus, quod reus tale delictum commiserit, antequam ad torturam contra illum deueniat.*

18 *De inditiorum verisimilitudine debet Iudici constare per probationes, non per diuinationes.*

19 *Inditia plura ad vnum perfectum inditium formandum non iunguntur, si diuersa sint, nec respiciant eundem rei finem.*

20 *In-*

20 *Inditia licet remota sint, nihilominus coniungi possunt, vt sufficiant ad torturam, si vnum aliud coadiuuet, & tendat ad eundem rei finem.*

21 *Iudex antequam reum torqueri faciat, debet illum monere ad veritatem fatendam.*

22 *Non debet tamen hoc casu longius vagari, sed statim ad reum accedere.*

23 *Et debet recolligere omnia inditia, & coniecturas in processu dispersas, breuissimè tamen, & quasi per transitum.*

24 *Et debebit obijcere reo ante oculos grauitatem inditiorum, impossibilitatem amplius negandi, atrocitatem tormentorum, quibus supponendus est.*

25 *Decretum de torquendo debet per Iudicem anteponi, antequam ad torturam deueniat.*

26 *Quod decretum ita interponendum est, vt statim quasi vnico contextu ad torturam veniatur.*

27 *Decretum de torquendo non est palam interponendum, ne detur materia appellandi.*

28 *Si reus postquam tormentis est applicatus appellaret, appellatio non est recipienda.*

29 *Si reus tormentis applicatus, petat sibi dari copiam indiciorum cum termino, &c. & releuans alleget, quo probato non esset torquendus, superſedendum erit à tortura, & copiæ concedendæ cum termino.*

30 *Reus torquendus non debet cibum, neq; potũ sumpsisse saltem per decem horas ante torturam secundũ omnes, & secundum authorem per septem horas.*

Quo-

Quomodo procedendum ſit ad quæſtionem, quod rigoroſum examen appellant cum formis ſingulis appoſitis.

Caput Primum.

1 SI † nihil pro parte rei deductũ fuerit in terminis illi ad ſuas faciendum defenſiones præſcriptis, & aſſignatis, qui omninò dandi ſunt competentes cum aſſignatione copiæ inditiorum, vt ſuperius dixi, Clar. qu. 49. in fin princ. & verſic. quæro quot dilationes, & ſup. lib. 3. cap. 1. num. 7. & 11. vel ſi factis per eum defenſionibus, adhuc inditia, quæ contra ipſum ex proceſſu deſuper fabricato reſultant, ciuiliter purgata non fuerint, talia tamen non ſint, quæ iudicantis animum ad Sententiam condemnatoriam ferendam valeant impellere, & conſtet prius de corpore delicti. Fran. Perſonal. in tract. de indi. & tortur. num. 11. poteris tu quidem pro veritate comperienda ad tormenta contra ipſum reũ deuenire. Scap. de iure non ſcrip. lib. 5. c. 109. nu. 20. Clar. qu. 64. in princip.

2 † Verum quia plura diuerſaque fuerunt tormentorum genera ad veritatem eruendam excogitata, puta ligatio manuum in manicis ferreis, combuſtio pedum vnctis planctis lardo porcino ad ignem coniunctis, alligatio brachio-

chiorum post terga, & eleuatio in funem facta, quod vsitatissimum est, Conrad. de offic. præt. in tit. de negat.crim.nu.43. fol.mihi 513.
3 illud tu circa hoc aduertere debueris, † vt solitis semper, & magis vsitatis torquendi mo-
4 dis vtaris, † atque in hoc consuetudinem Prouinciæ, in qua versari, aut ius tibi dicere contigerit, retinebis, Clar.qu.64.vers.item debet, & vers. seq.
5 † Quod si ea plura variaque tormentorum genera ad veritatem eruēdam adhiberi soleāt, iis vti poteris, quæ tibi magis libuerint, cum hoc arbitrium sit.Chart.in dict.pract.interrog.
6 lib.4.cap.1.num.8. † Memento tamen semper Christianum te esse Iudicem, ac propterea moderatum, & misericordem insimul te esse de-
7 bere in tormentis inferendis, † Gome.variar.resolu. tom. 3.cap.13. num.5.ipsosque tortos vel innocentię, vel supplicio incolumes seruandos esse. text. in l.qu.modum ff.de quæst. Aduer-
8 tendum etiam tibi fuerit † torturam esse subsidiarium quoddam remedium, tuncque ad illam confugiendum esse, quando aliter habere
9 veritatem non licet. Clar. q. 63. versic. debet etiam; neque indistincte in omnibus delictorū generibus illam adhibendam esse, sed tantummodo in iis, pro quibus corporalis venit pœna infligenda. Clar.d.q.64.versic.præterea
10 debet Iudex. † Licet aliquando malè non faciat Iudex, si etiam in leuioribus delictis ex ali-

aliqua iusta causa torturam inferat: quod consuetudine receptum obseruatur, Grillan. relatus per Scapp.in suo tract.de iur.nõ scrip.lib.5.
11 c.108.† prout etiam obseruatur,vt nulla facta personarum distinctione omnes pro Iudicis arbitrio tormentis subiiciantur. Ant.Scap.post Clar.in dict.suo tract.lib.5.cap.119.num.13.
12 † Tortura inferri non potest nisi legitimis præcedentibus indiciis legitime probatis, & sufficientibus, vt nequam iniuste torqueri cõ-
13 tingat,† à quo pluribus de causis, vt superius admonui,maxime cauendum est. Boss. in tit. de tortu.nu.31. Clar.q.64.vers.1.& versic. dixi
14 etiam. † Idcirco erunt tibi diligentissime examinanda,ponderandaque inditia an sufficientia sint,& iuri consona. Clar.q.54. vers. non sufficit,& vers.dixi quoque.
15 † Quamuis enim valde repositum sit arbitrio Iudicis decernere, an inditia ad torturam inferendam satis sint,& habilia,istud tamen arbitrium non debet à iure dissonum esse. Bursat.consil.201.post nu.42.vol.2. Casa.in pract. crim.in tit.de torment.cap.6.sed æquitati consentire.Franc.personal.de indi & tortu. post n. 15.& nu.79.
16 † Erunt etiam consideranda, an sint luce clariora in sua specie, certa, non dubia, non æquiuoca, concludentia, ad delictum inferentia,probabilia,verisimilia, & à iure approbata, Scapp. de iur.non scrip. lib. 5.cap. 97.nu,12.&
13.

13.Boſs.de indi.nu.17. & concludenter proba-
ta in genere ſuo.Maſcard.concl. 462.nu.11.&
19. ita vt ſola torquendi confeſſio deeſse vi-
deatur. Aym.cons.6.num.11.
17 † Namque Iudex debet eſse quodammodo
certus,antequam torturæ reum ſupponat, illũ
tale delictum commiſiſse. Scapp. d.tract. c.97.
18 num.12. † ac de inditiorum veriſimilitudine
per probationes, non autem per diuinationes
ſibi conſtare facere. Bald.conſil.78.lib.4.Sim.
19 de præt.conſ.15.nu.18 † aduertendo etiam,ne
plura inſimul coniungantur inditia ad vnum
perfectum inditium conſtituendum, ſi diuerſa
ſint,nec ad eundem ſpectent rei finem. Becc.
conſi.85.num.2. Simon de præt.conſil.15.nu.
20 18†Quando quidem inditia licet remota inſi-
mul coniuncta ſufficiunt ad torquendum, ſi
vnum aliud coadiuuet, ac tendat, vt dixi, ad
eundem rei finẽ.Moder Roma.de indi.& tort.
q.37.nu.34.
21 † Antequam vero ad torturam deuenias,
erit reus interrogationibus, & monitionibus
hortandus, & ſuadendus ad fatendam verita-
tem ſuper iis, de quibus extant contra ipſum
inditia in proceſsu.Chart.in ſua pract.interrog.
lib.4. cap.1. num.58. quodam tamen diuerſo
modo, ac ratione, tunc vtendum tibi erit,
22 †namque ſtatim,& incontinenti ad rem,& ne-
gotium,de quo agitur,deſcendendum eſt, non
autem amplius ambagibus, & longius repeti-

tis

tis percunctationibus vtendum. Chart.d.lib.4. cap.1.nu.58. & si reus adhuc in sua pertinacia
23 persistat,†tunc in vnum recollectis, & quasi in epilogum repetitis inditiis in processu diuersis in locis dispersis, & quæ in finem constitutorũ recolligenda esse monuimus,succinctè tamen, & quã breuissimè,& labiis,vt aiunt, primis illa
24 attingendo,†hortaberis semel,& iterum ipsum reum ad veritatem fatendam , ipsi ante oculos proiiciendo , quatenus stantibus tot inditiis tã vrgentibus negandi locus sibi amplius relictus non est , & quod si adhuc in obstinatione perseueret,ad quæstionem contra ipsum erit procedendum:quæ quidem comminatio ante decretum torturæ permitti solet. Char.dict.pract.
25 lib.4.cap.1.num.59.& seq. † Si vero etiam adhuc obstinatè in negando reus perseueret , ad torturam tunc deuenire poteris , interposito prius decreto de torquendo, iuxta inferius notatas formas,.

26 † Quod quidem decretum ita interponendum est , vt statim quasi vnico contextu post illud ad torturam deueniatur , nisi tamen loci consuetudo , & stylus , aut statutum aliud sua-
27 deat, diuersamque præscribat formam ; † nec etiam palam his circumscriptis, tale decretum faciendum est , ne detur materia appellandi. Clar.quæst.94.vers. sed quid agendum : Ideoq; solent practici assessores præuiis dictis monitionibus,& comminationibus de torquendo pronun-

nuntiare, decernere, & mandare reum adhuc negantem duci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari, & tandem aliquibus aliis factis monitionibus, videlicet, quod veritatem fateatur, nec patiatur se in altum eleuari, secundum prædictas inferius tradendas formulas, eundem pertinacem pro veritate habenda, cum alias haberi non possit, mandare ipsum reum in altum eleuari. Clar. dict. quæst. 64. vers. sed quid agendum.

28 † Etenim postquam reus tormentis applicatus fuit, si tunc appellaret, eius appellatio accipienda non esset, prout recipi deberet, si Iudex pronuntiaret palam reum esse torquendum, vel extare contra illum inditia ad torturam sufficientia. Clar. d. quæst. 64. vers. sed quid agẽdum. Chart. in d. pract. lib. 4. cap. 1. nu. 69. & seq.

29 † Quid autem si tunc peteret sibi dari copiam inditiorum cum termino ad se defendendum, nunquid esse audiendus? Ego teneo, quod, si allegaret aliquid releuans, quod probatum inditia prædicta eliderer, vel ita labefactaret, vt torturæ locus non esset, profecto iniquum esset copias petitas denegare: si vero videretur illas ad diffugiendum, & dilatandum petere, omnino ad torturam procedendum foret. Clar. in

30 d. quæst. 64. vers. sed quid agendum. † Præterire illud nolo, quod nemo a cibo statim torquendus est, sed post aliquot horas, quam commederit, & biberit; secundum aliquos decem re-

qui-

quiruntur horæ. Clar. d. quæst. 64. verf. decreta tortura: at ego feptem arbitror fufficere, cũ hæ fatis quidem fint ad quofcumque cibos, faltem ad effectum prædictum, concoquendos, & ita obferuari vidi.

SCHOLIA IN CAP. I.

PRius nofce te oportet id, de quo author meminit infra num. 8. nam aduertendum; Ad torturam non effe deueniendum, nifi in fubfidium, quia vbi fumus per probationes certi de delicto, tunc fatuus effet Iudex, qui reũ torqueret, cum illud in dubium reuocetur à Doctoribus; An tortura purget veras probationes contra reum exiftentes. Citari femper confueuit dictum Alberi. ad l. edictum. cum glo. ibi ff de quæft. ad cuius dicti confirmationem videndus Præceptor meus Crauet. conf. 287. num. 4. verfi. quia tortura, etfi hoc impugnet Baiar. ad Clar. §. fin. q. 64. verf. illata, num. 116. verfic. & hoc. Ego vidi diuerfimodè in Senatu obferuari. Nã Paganus bis & ter tortus cũ taxillo nihil cõfefsus eft, & tamẽ pœnã ordinaria furti punitus fuit, licet Princeps, attẽto quod habebat affines nobiles, indulferit, vt caput amputaretur. Alter Ianuẽfis, qui vas facrũ, in quo Sanctiffima afferuabatur Euchariftia, furatus fuerat, adduci nõ potuit vi tormẽtorũ, vt confiteretur, & tamen ad furcas damnatus

 eft.

est. E contra M. Ant. Cagnola de mandato ad occidendum Alfonsum Corium conuictus, crudeliter tortus ad triremes per quinquenniū damnatus est, suspensis Hispanis mandatariis. Philippus Rhaude nobilis de homicidio ob spē opulentæ successionis imputatus post seuerissima tormenta, licet conuictus, remigare coactus est. Vt igitur hunc opinionū labyrinthum effugias, tutius erit abstinere, & seruare regulam, qua iuberis non prorumpere ad torturam, nisi quando aliæ probationes haberi non possunt.

Num. 2. Verum.

HAec multiplicia genera tormentorum non sunt apud nos in vsu, sed tantum tortura funis, & ignis. Vnde ab hac obseruantia, & torquendi modo non est recedendum. Clar. §. fin. q. 64. vers. idē debet. Familiaris tamē nunc factus est vsus taxillorum, qui verè inhumanus & rigidus est. Attamen quia scelera nimium invaluerunt, fuit perquā necessarius. Quæ in dies emergunt, nouo indigent cōsilio.

Eodem num. Combustio Pedum.

EGo nunquam vidi vsitari hoc genus tormenti nisi semel in foro Archiepiscopali in personam cuiusdam Presbiteri Curati Ecclesiæ maioris Mediolani accusati de stupro nonnullarum puellarum annorum 9. & 10. & sodomia, cuius pedes combusti cum vnctione lardi porcini. Quem Illust. & Reuerendiss. Archie-

chiepiscopus Gaspar Vicecomes fœl.record. non est passus continuare in rectoria, cum diceret, eum, etsi purgasse per tormenta indicia, quibus vrgebatur; attamen in Ecclesia sua esse scandalosum. Cuius doctrina, cum sortitus fuerim institutarium præceptorem, sanctissimique mores animo meo tenaciter hærent, & pie eius memoriam colere decreui, dum spiritus hos reget artus. De variis tormentorum generibus plura apud Marsilium ad l. 1. ff. de quæstio. vbi ponit 14 species tormentorum diuersas. Cuius & aliorum meminit Grilland. d. quæstio. 10. remissiue. Et inter alia torměta, quorum se inuentorem fuisse profitetur, est tormentum somni subtractionis, quod vigiliæ appellatur. Cuius formam recenset ibi Marsil num. 27. Et scio, quod illo vsus est Ill. Senator Fr. Ranchonus Hispanus in causa sibi delegata contra Egr. Comitem M. A. Aresinum, & socios imputatos de nece, Fr. Ber. Varesini. Verum illud tormentum parui pendebat Dominus Comes Rossati, qui inter tormenta illa exprobrabat Iudici nomen carnificis, & omnes fuerunt liberati, & ille Senator paulo post abdicauit se à Senatorio Magistratu.

Num. 12 Tortura

INdicia, quæ dicantur legitima ad torturam plene differit Paulus Ghirland. seu Grillãd. de quæstio. & tormentis in 3. quæstio. vbi de indic. indubitat. & dubitat. & num. 17 breuiter

dicit, legitima ea appellari, quæ sunt proxima facto, & quanto propinquiora, tanto meliora; sed quæ sufficiant ad torturam; vt supra monui, non potest dari certa regula, & paucis collige, quòd prudens Iudex circumspiciat personam torquendam, indiciorum abundantiam, & vbi decreuerit torturam inferendam, tunc examinabit, qua grauitate, aut leuitate, aut moderamine sit irroganda.

Distincte, quæ indicia ad inquirendum, ad inquisitionem formandam, ad torturam, ad condemnationem, an ex indicijs, & præsumptionibus in pœnam corporalem quis possit condemnari, quid in crimine assassinij, Hæresis simoniæ. idem Clar. §. fin. qu. 20. & quomodo probentur q. 22. idem cum multis alijs. Et an plura requirantur indicia ad torquendum, & an vnicum sufficiat, Farinac. qu. 37. n. 43. & plur. seq. Plura etiam per eum q. 36. vbi multas indiciorum distinctiones affert, itaut nihil desiderari possit, & me pudeat alium authorem proferre. Debet sanè Iudex plurimum eniti in perlustranda indiciorum qualitate, antequam reum mandet torqueri, ne teneatur in sindicatu, aut si tortus decesserit, & quãdo in eo præsumatur dolus, & quid si de facto procedit ad torturam, præsumatur dolus, & quid si reus asserat se fuisse legitimè tortum. Has & alias quæstiones examinat Farin. crim. 2. lib. q. 37. & è contra si Iudex non torquet

tor-

torquēdum de iure, an teneatur, & quomodo, & quando Iudex teneatur vti suo arbitrio in torquendo, Osasc. dec. 79. num. 55. 56.

Num. 16. Erunt etiam.

DEbent indicia esse concludenter probata in suo genere. Si remota saltem per duos testes, Farinac. tit. de testibus quæst. 52. num. 13. cum seq. num. An per testes omni exceptione maiores, ibidem, quid si testes sint inhabiles, quid si sint singulares, & an ex vnico remoto ad torturam perueniatur: quid in occultis delictis, ibid. num. 150. & 153.

Et de remotis in suo genere probandis per duos testes omni exceptione maiores, Bonacoss. in qu. crim. §. inditia, in prima parte, alios cumulat Camill. Borell. cons. 45. nu. 53.

Et licet in indicio proximo sufficiat vnus testis; attamen debet ille esse omni exceptione maior. Crauett. cons. 99. num. 4. Bursat. cons. 216. nu. 41. vers. quod & lib. 2. Idem Borell. cons. 48. num. 3. vbi in proximo indicio idem dicit obseruandum, vt duobus probetur etiam testibus Bursat. cons. 24. num. 22. lib. 1. veritas est, de qua per Mascard. de probatio. conclus. 895. num. 10. melius Clar. § fin. qu. 21. vers. vnus testis, vbi quod ad hoc, vt vnus testis deponens de maleficio faciat legitimum indiciū ad torturam contra reum (quod indicium dicitur esse iuris, distinguendo illud ab indicio facti) debet esse integer, & omni exceptione maior,

contra quem nulla possit opponi exceptio.

Rursus, quæ sufficiant indicia ad torturam, & de eorum diuisione, plura scitu digna explicat Præses Menoch. de arbitr. iudi. casu 270. enumerat enim probabilia, verisimilia, seu credibilia grauia, luce meridiana clariora, leuia, & necessaria.

Qualia vero requirantur ad capiendum, ad formandam inquisitionem, ad assumendas informationes, ad torturam, ad cōdemnandum, Vide Clar. q. 20. per tot.

Num. 17. Namque.

Paulò supra dixi.

Num. 18.

Repete quæ num. 16. dixi.

Num. 19. Aduertendo.

Vide supra, dum egi de indicijs imperfectis.

Num. 20. Quandoquidem.

Farinac. tit. q. 37. nu. 38. vers. quid ergò dicend. ad cuius distinctionem recurras.

Num. 21. Antequam.

HOrum loco successerunt monitiones, quę fiunt collectis per prudentes actuarios causæ omnibus, quæ reum grauant, & vere hāc sapientiam examinatorum ostendunt, aut eorum inscitiam detegunt, cū sint in fructu præteritæ industriæ, & peritiæ in arte. Sicut enim agricultor iacit in campis semina, vt postea metat in tempore; Ita Notarij varios interroga-

gationum nodos, & laqueos parant ad veritatem extorquendam, vt rei vel vno modo, vel alio (tamquam captiua victima) in casses decidant: & aduerte, quia casu quo non potest quis reus constitui, non est etiam grauandus expensa processus, sed in pace dimittēdus. Quia bene valentibus nō est opus medico. Et hoc in casu dicere possunt Notarij auidi, quod canebat Psyttacus ita edoctus Cæsari.

Labor, & impensa perijt.

Num. 22. Namque statim.

HOc totum residet in personis, & earum qualitate: Nam si homo simplex examinandus est, perfacile est ab eo, modico cum labore veritatem elicere, nec cum eo per circuitus, & circumlocutiones est eundum, sed cominus decertandum. Sin astutus aliquis, aut fere somnolentus, excute illi somnum, interrogationibus inuolue, quantum potes. Sic clauus clauo truditur, expugnandus est industria tua. Sicut enim languentibus non est eadem medicina adhibenda, sed pro corporis capacitate; sic non est vnus modus interrogandi, iuxta illud Poetæ.

Iudicis officium est, vt res, ita tēpora rerum:
Quærere; quæsito tempore tutus eris.

Et temporum, locorum, personarum ratio exacta est habenda, quia

Non eadem tellus parit omnia; vitibus illa
Cōuenit, hæc oleis. Hic bene farra virent.

Et

Et sicut variant rerum successus, & ita & variabimus artes.

Qua ventus, ita & naturæ industria fertur.

Num. 23. Etenim

APud nos Mediolani indagatio hæc inutilis est, quia Nou. Constit. cauetur tit. de accusat. § à sentētia, vt in causis criminalibus, non detur appellatio siue interlocutoria sit, siue diffinitiua. Si tamen scire cupis, quomodo locus hic sit intelligendus inspecto iure communi, vid. Seacc. c. 97. à nu. 81. vsque ad nu. 101. Farinac. qu. 38. nu. 10. cum mult. sequen. Quando ergo Iudex interloquitur aliquem torturæ subiiciendum, tunc hæc vox Iudicis est interlocutoria, iuxta not. ad l. quod iussit, de re iudi.

Num. 29. Quid autem.

MEdiolani proponuntur exceptiones aduersus tormenta inferenda, quas si Iudex videt militare admittit, sin autem reiicit. Quin etiam intersunt Regij Fiscales ex munere eorum, quorum doctrina, & indiciorum praxis omne periculum adimit Iudicibus, ne in sindicatu teneantur, tamquam indebitè torquentes, itaut Iudices errare, & labi nequaquā soleant, aut perraro. Neq; existimo aliquam ciuitatem in qua magis examinētur tam reorum, quā testium exceptiones, quam in hac fortissima vrbe Iustitiæ cultrice, nam e togatis sedent, atque vtinam diu sedeant, incolumesq;

mesq; viuant tres I. C.

Federicus Quinctius, vir in omni genere scientię versatus, & inter doctos velut sydus refulgens.

Hieronymus Callentus Hispanus, cuius vox etsi metum reis inferre videatur; attamen in votis proferendis omnis lenitatis, & humanitatis est studiosiss.

Iacobus Antonius Carpanus Collegiatus, cui post aduocationis, Vicariatus Iustitiæ sine sorde, ac cū laude gèst. aditum ad Fisci munus patefecit. *Sindici Fiscales*.

Io. Ambrosius; Ferenus, impridem in hac Ciuitate multis honoribus, & delegationibus honoroficis functus, primariusque Causidicus collegiatus.

Iul. Cæsar Confalonerius Causidicus collegiatus inter omnes modestissimus, pietate nemini secundus.

Io. Baptista de Negronibus de Ello causidicus collegiatus criminū acerrimus expugnator, tanta verò præditus probitate, quanta in quoquam desiderari possit, itàut, cui ille resistit, det manus necesse est.

Num. 30. Præterirè.

HOc etiam seruatur ob periculum vitæ imminens ex ciborū indigestione, iuxta Clar. q. 64. vers. decreta. Farinac. q. 38. num. 32: vers. limitatur septimo, vbi causa refertur, ne vertatur torquendo stomachus, & vomendo pa-

patiatur ita ne possit examinari: Circa horas non satis sunt concordes inter se doctores. Tu adhibe peritos, quibus cognita magis possit esse in torquendo distantia temporis, vel melius cura, vt adhæreas longinquiori horarum, scilicet decem, quia non decipieris, & propriũ erit tuæ benignitatis.

SVMMARIVM.

1 *Reus pendens in tortura debet interrogari de omnibus ijs, de quibus contra ipsum extant inditia.*

2 *Suggestiones euitandæ sunt in primis, ne reus adducatur ad fatendum id quod ignorat.*

3 *Rei responsiones, omnes sermones, & verba in tormentis prolata, imò suspiria, & lachrimæ sunt diligenter per Notarium annotanda.*

4 *Reus fassus per tormenta delictũ potest in eisdem tormentis interrogari de causis, vnde fuit motus ad delinquendum.*

5 *Item de alijs delictis per ipsum verisimiliter commissis.*

6 *Item de socijs, & complicibus, & auxiliaribus.*

7 *Præsertim si delicta sint talia, quæ non solent vel non possint verisimiliter committi sine socijs, vel reus est malæ vitæ, & conditionis, & fama, ac solitus delinquere.*

8 *De prædictis autem reus interrogandus est in genere. & quomodo.*

9 *A suggestionibus tanquam à peste cauendum est.*

10 *Reus*

10 *Reus super alijs, & super socijs torquendus est cum protestatione.*

11 *Iudex reum in tormentis positum potest pluribus ictibus concuti, & quassari facere iuxta indiciorum, & personæ tortæ, ac delictorum qualitatem arbitrio suo.*

12 *Imò etiam pondera, & compedes ferreos ad ipsius torti pedes appendi facere pro veritate eruenda.*

13 *Cauendum tamen est in casibus ibi expressis.*

Quæ obseruanda sint, vbi reus fuerit in tormentis eleuatus, & dum in illis retinetur, & cruciatur.

Caput Secundum.

1 DVm † reus pendet in tormentis debebis eum interrogare de omnibus ijs, super quibus extant inditia contra ipsum, tali tamen
2 ratione † vt a quibuscumq; suggestionibus inprimis caueas, ne reus ad id fatendum adducatur, quod ipse ignorat, Clar. q. 21. vers. retenta igitur. Chart. de interrog. reo. lib. 4. c. 1. num. 94.
3 † Omnes autem ipsius rei responsiones, immo omnes sermones, & omnia verba quæ ille in tormentis pendens protulerit, imò ipsa suspiria, & lachrimas, quas effuderit, diligenter per Notarium in processu annotari curabis. Char. interrog. reo lib. 4. c. 3. nu. 82.

4 † Quod

4 † Quod si reus fateatur delictum, de quo
agitur principaliter; poteris deinde in eisdem
tormentis ipsum interrogare de causa, quæ
motus fuit ad delinquendum. Chart. vbi sup. c.
5 1. num. 83. † ac de aliis etiam delictis per ipsum
verisimiliter commissis, quamuis inditia de il-
lis non extarent, præsertim si persona sit suspe-
6 cta. Clar. quæst. 64. vers. successiuè quæro, Scap.
de iur. non scrip. lib. 5. cap. 69. Item poteris in-
terrogare de sociis, & complicibus, si, quos ha-
7 buit ad delicta prædicta committenda. † Ma-
xime si delicta talia sint, quæ non possint, vel
non soleant verisimiliter absque sociis, & cō-
plicibus committi. Clar. quæst. 21. versic. dictū
socii: vel si, vt dixi, is, qui confessus fuit, sit alias
malæ vitæ, conditionis, & famæ, & solitus de-
linquere. Clar. dict. quæst. 21. vers. dictum soc,
8 † At super prædictis oportet in genere, non au-
tem in specie interrogare, prout an alia com-
miserit delicta, an aliquos habuerit socios, &
9 quos, † vt suggestiones euitentur, à quibus, tan-
quam à peste cauendum esse sæpius te monui.
Brun. de indit. & tortu. quæst 52. nu. 56,
10 † Præmitti quoque debebit aliqua protesta-
tio, quam per Notarium scribi facies, videlicet,
Te super prædictis reum interrogare sine
præiuditio confessatorum criminum & Iuriū
Fisco ex dicta confessione acquisitorum: adde
etiam (si condemnatio aliqua præcedat) sine
præiuditio condemnationis contra ipsum latæ,
no-

notorietatis criminis inde secutæ, & aliorum iurium Fisco acquisitorum, & quomodolibet dicta de causa competentium, vt infra latius demonstrabo, & si conuictus reus appareat, subnectitur etiam alia protestatio, videlicet, sine præiuditio probatorum, & eorum, de quibus conuictus reperitur. Clar. quæst. 64. vers. veritatis est. Scap. de iur. non script. lib. 3. cap. 111. in princ.

11 † Præterea si inditia essent valde vrgentia, & bene probata, & reus esset robustus, tormentūque parui pendere videretur, ac delictū atrox, graueque foret, nō satis quidem esset illum in prædictis tormentis detinere, sed pertinaciter negantem oportet pro arbitrio pluribus funis ictibus concutere, et quassare. Chart. d. pract. l. 4. cap. 1. num. 105. Aliquando etiam vbi criminis immanitas, et grauitas inditiorum id requirit, pondera, puta lapides, vel ferrei compedes pro veritate eruenda ad ipsius torti pedes appendere inhumanum non est. Char. vbi supra

12 d. num 105. et seq. † præsertim si ipse tortus non sit debilioris, et delicatioris naturæ, vel passus non sit missionem sanguinis, vel vulnus in pectore, aut non habeat difficultatem anhelitus, vel sit nimis crassus, et corporis grandioris, vel morbo gallico, ethico, aut hydropico, siue alio simili laboret, quibuscum mitius tibi agendum consulo. Decian cons. 93. num. 135. et 136. lib. 2.

SCHO-

SCHOLIA AD CAP.II. LIB.IV.

Num.2. A quibuscunque suggestionibus.

A Bunde supra dictum est.

Num.3. Omnes

Est omnium tamen vtilissima; tum necessaria hæc animaduersio authoris, quam excepit ex Chart. de interrog. rei.lib.4 c.1 nu. 94.et omnia scibenda esse docet Foller.et Cumin.ibi relati.quod his versibus ludere placuit

Dũ scribis, scribas quæ tortus singula profert,
Et perfert, tua sit scribere dextra velox.
Inter quos patitur cruciatus, verba, querelas,
Dum fune excussa querulas ad sidera voces
Extollit, referas, quæ modo vota facit.
Neue horæ spatium taceas, quo pẽdet in alto,
Deponique petit, solicitusuè rogat.

Num 4 Quod si reus.

Nemo præsumitur delinquere absq; causa. Quare præcipua hæc est cura scíscitãdi, quam ob causam motus fuerit ad delinquendum: ipsum etiam reum iuuabis; cum si causa fuerit honesta, faciliorem sibi parabit aditum ad eximendum se à pœna; si turpis est, aut parũ decora, maius contra se odiũ excitat, et tanquam fex ab omnibus relinquitur.

Num.

Num. 5. Ac de alijs.

QVod possit quis interrogari de aliis delictis per reum tortum verisimiliter commissis, hoc nimis generaliter dicitur ab authore. Quare constitue regulam negatiuã. Non posse confessum aliquod delictum, cuius extabant indicia, interrogari de delictis, quorum nulla apparent inditia. Idque Senatus censuit seruãdum in causa sodomiæ illius Antonii Mariæ Palutij confessi, quem nonnulli, qui clam insectabantur famam cuiusdam Doctoris, cuius innocentia postea emersit, & post multorum emulationem, qui ei inuidebant, Magistratu in hac Vrbe cum laude gesto, absolutus est, curabant examinari super his, quorum nulla extabant indicia, quia Senatus noluit, & recte, prudenterq; factum est ex consuetudine status Mediolani, quicquid sit in aliis locis, iuxta Clar. §. fin. q. 64. vers. successiuè, in fin. qui hoc limitat non habere locum in assassinio, furto, sfrosatione annonę vel salis, bannito, & condemnato tempore exequendæ condemnationis. Hunc articulum plenè examinat Farinac. de inditijs q. 37. num. 169. & seq. & trãsit cum negatiua, & Iudices aliter facientes reprehendit. Recenset etiam bullam Pauli III. Pontificis, qua hoc idem disponitur. Verum summam sensi lætitiam quando vidi Senatum in causa, de qua supra, hanc opinionem

amplecti multum æquam, & scio quod non mediocri mærore sunt effecti hi, qui nouercali odio insequebātur d. innocētissimum Doctorem, quem de Magistratibus his artibus detrudere, vt ipsi intruderentur, cogitauerant, sed Deus hoc non est passus.

Num. 6. Vers. Item poteris.

QVando de se confessus, possit de alijs interrogari, puta de socijs, & complicibus, Regula est negatiua, de qua per Grammat. decis. 28. n. 10. & per tex. in l. qui de se ff. de quæstiō. l. vlt. C. de accusation. & ideo si de facto interrogetur, vel sine interrogatione dicat de aliis, non statur de alijs, nisi in casibus in quibus de se cōfessus interrogaretur, & torqueretur de aliis. Si tamen contra illos alios præcedant inditia, vt est in latronibus, & assassinis, in falsa moneta, in maleficis, & mathematicis, in seruo de nece Domini, vt indicet, cuius mandato id fecit. Si tamen ex se sine aliqua interrogatione confiteretur, seù respondeat de alijs illos inculpando sine aliquo alio indicio, suspectum erit huiusmodi testimoniū, sicut suspectus est testis, qui vltro se offert. Hæc sunt verba Grammatici.

In casibus ergo non exceptis, criminosus socios prodens, nullum facit indicium ad inquirendum, neq; ad procedendum, siue sponte dixerit, siue ad interrogationem Iudicis, Clar. §. fin. qu. 21. num. 5. vers. si vero quæris

De-

Decian. testans de communi opinione.

Ad torquendum vero etiam contraria opinione retenta non facit indicium, & plura his addit Polyd. Rip. in suo insigni tract. de actis in articulo mortis cap.31. num.9.11. seq. Melius, & copiosius authoribus hoc confirmat Scaccia cap.81. tit. de socio criminis extra torturā, & in tortura, in principio, ibi n. prosequitur multas quæstiones citandas, & Clar. & modern. Roman.

Num. 8. Ac super prædictis.

EAdem ratione non potest interrogari criminosus super sociis in specie, iux. glos. ad d.l. vlt. vbi Salic. num. 10. de accusat. Quando enim nō procedunt legitima indicia, aut coniectura, non esset quærere, aut interrogare sed suggerere, & hoc procedit siue versemur in non exceptis, siue in exceptis, Clar. qu. 21. vers. retenti, circa fin. vbi quod hoc casu totus processus esset nullus, & refert exemplum Iudicis à Magistratu grauiter reprehensi, qui per suggestionem alium interrogauerat.

Plura in hac materia suggestionis videnda sunt apud Chartar. in sua prax. interrog. reor. lib.3. cap.1. à nu.54. vers. septimo præcauere, per multos numeros subsequentes.

Num. 10. Præmitti.

PRotestatio hæc salutifera est, quam adhibere de more solent Notarij, etiam quod leuiter quis sit indicijs grauatus. Causam hu-

ius poteſtationis affert Clar. qu.64.verſ.veritatis eſt. De hac quoque Charthar. de interrog. rei.lib.4.cap.1.nu.96. verſ. prout etiam,idem cap. 1. num.80. de execut. ſenten. cap.bannit. De hoc ſupra memini,dum dixi,non debere Iudicem torquere ſuper delicto probato, vel per teſtes idoneos, vel per confeſſionem rei, quam perperam Iudex faciat;audi hoc carmine exaratum.

Imprudēs torquet vir crimen ſpōte fatentē,
Teſteq; conuictum lege vetante reum.
Qui ſi tormenti rabiem cōtem pſerit,expers,
Pœnæ mortis erit,pena ferenda minor.

Num.11. Verſ. Præterea.

QValitas tormentorum qualis, quātauè futura ſit, ſiue in reo, ſiue in teſte multis annotatum eſt in locis.

Diſpeream, niſi me hæc materia ſtomachatur, & tędium affert, cum ſe ſe offerunt multa tormētorū genera, gradusq; quippe qui à natura mitis ſim, itàut non facilè ſit ante oculos meos verſari aliquem quæſtionibus ſeuieriſſimis expoſitum. Parce ergo loqui volo naturę meæ inſeruiens, & indulgens. Nam hac in re deſunt vires ad me mihi uſq; regēdum, Auferor,vt rapida concita puppis aqua. vide tamen plenè Ghrilandum, Chart. hic in margine allegat, Clar. q.64.verſ.vltimo viden.

Dico tamen quod genij mei eſt,videlicet. Quod funis, ſeu (vt dicitur) corda, ſubtilis

affert

affert acriorem dolorem, quam grossa. Par. de Put. de sindicat. in verb. tortura il 3. cap. 4. incip. de repetit. num. 5. in fin. & hoc tormentum appellatur fidicularum, de quo loquitur tex. in l. Decuriones, & ibi glos. in verb. fidiculæ C. de quæstio. Quinq; tormentorum genera recenset Farinac. qu. 38. num. 63. cum seq. lib. 2. Hæc & alia tormenta recollegit Martianus Marcus eximius practicus, qui magistratus primarios tam in hac vrbe, quam extra gessit in suo eruditissimo (vt fertur) opusculo de exorcizando eos, qui fateri nolunt. Ideo cum mihi fides facta sit, eum librum imprimendum, eum percuras: Quia nauita de ventis, de tauris narrat arator, & numerat miles vulnera, auarus opes. Hortor tamen in Domino omnes, vt quantum fieri potest, abstineant à nouo torquendi, & inusitato genere, ne inter carnifices locum inueniant, & præsertim per quod rei carnes scindantur, neque vt ipsi Iudices proprijs manibus partes satellitum præripiant, cum id ab eorum dignitate alienũ sit. Plures Doctores contra hos Iudices inuehuntur, quorum longa est nomenclatura apud Farinac. dicto loco num. 68. vers. & in omnem euentum.

Num. 13. Præsertim si.

CVm his mitius est agendum, quibus inest aliquis morbus ex enumeratis. Quin etiam cum eis mitius agitur, quia si ad aliquã

pœnam minus apti inueniantur, commutatur pœna. Et de more visitantur ad præsentiam Secretarij Senatus deputati, & Fiscalium, ne fiant imposturæ. Prout factũ est in persona Gabrielis Procobelli Luganen. qui cum brachio debilitatum se dixisset ad effugiendam publicam torturam, per vnũ brachiũ funi eleuatus fuit. Postea verò cum ad triremes perpetuos esset damnatus, &, si inhabilis reperiretur, furcis suspenderetur, fortitudinem Milonis professus est, neq; eo aliquem ex damnatis ad remũ futurũ robustiorem ad remigandũ adiudicatũ; ita timor addit alas, & more languentium, quos Grillus parum artis medicæ peritus adhibita ebulliente aqua promiserat electo tamquam cælitus restituta valetudine sani surrexerunt. Debilitas tamen hæc multis modis probatur, vel per exundationem venæ in pectore, aut anhelitus difficultatem, aut ob vulnus in pectore, aut ex morbo Gallico. Memini tamen habito igne ad plantas pedis, ex quibus multus fluxit sudor, quendam ex morbo Gallico conualuisse, sed non vna hyrundo facit ver.

Scio etiam, quod cũ tortus fuisset Ferrandus Cagnola nobilis imputatus de nece Capitanei Speciani, qui processus instruebatur coram M. Ill. Aloysio à Castella visitatore huius status, adeo in ipsis tormẽtis ei guttur intumuit, quod nisi illico fuisset depositus, actũ de eo erat, qui verè eius criminis innoxius gratias egit Deo opti-

optimo maximo, tabulaſq; votiuas ſuſpendit ad Templum diui Bartholomæi.

Non me etiam latet, multos ſibi ipſis procuraſſe morbos, puta cauteria ad tēpus, donec ea excuſatione tormenta declinarent, & eluderent, quod quotidie vſu receptum eſt.

Nec me præterit etiam, quod multi ſunt caſus, quibus mitigari ſolent tormenta, puta refrigeratio carbonis candentis per iniectionē aquæ vitæ, ſortilegia, de quibus infra, ſed nō eſt propoſitę materiæ argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Tempus detinendi reum in tormentis, iuxta qualitatem perſonarum, indiciorum, & delictorum ſupputari debet.*

2 *Tormentum funis non debet excedere qualibet vice horam integram.*

3 *Torturæ tempus debet commenſurari de momento ad momentum, & ideo ſolet retineri horologium pulueris ad effectum cognoſcendi quemlibet horæ lapſum.*

4 *Tempus quo reus permanſit in tormentis annotari debet per Notarium.*

5 *Iudex qualiter interloqui debeat, quādo mandat reum de tormentis deponi.*

6 *Clauſula animo, &c. poſita in decreto depoſitionis à tormentis per Iudicem quid operetur.*

De tempore, quo Reus in tormentis detineri potest.

Caput Tertium.

1 TEmpus † detinendi reum in tortura, æquus, & timoratæ conscientiæ Iudex pro qualitate personarum, delictorum, & indiciorum supputare debebit; ita tamen
2 † vt tormentum funis qualibet vice ho-
3 ram non excedat integram, † quælibet momenta commensuranda sunt: Idcirco solet retineri horologium pulueris ad effectum
4 cognoscendi quemlibet horæ lapsum: † cum reus de tormentis deponitur spatium per Notarium annotatur, quo ille in tormentis permansit, Chart. d. cap. 1. num. 115. & Iudex deinde mandat illum leuiter de tortura deponi dissolui, brachia ei adaptari, ipsum re-
5 uestiri, † & ad locum suum reponi, animo tamen, &c. Clar. quæst. 64. vers. vltimo vi-
6 dendum. † Quæ clausula animo tamen, &c. importat animum repetendi torturam quatenus opus sit: quid significet ista clausula, vide per Chart. d. cap. 1. num. 116. & sequen. & hæc omnia pari modo per Notarium annotari debent.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tortura semel illata repeti potest ex iustis causis.*
2 *Et quæ sint iustæ causæ, quibus regulari debet arbitriũ Iudicis in hoc.*
3 *Tortura repeti non potest, nisi noua concurrant inditia primis vrgentiora, & diuersi generis.*
4 *Author tamen dicit, id non seruari in practica, sed relinqui arbitrio Iudicis.*
5 *Et quando hoc procedat sine difficultate.*
6 *Practici Criminalistæ quid faciunt, quando volunt torturam repetere.*
7 *Tortura repeti potest vsque ad tertiam vicem, & qualibet vice potest reus ter quassari.*
8 *Reus substinens torturam nihil fatenddo, absolui debet cum clausula, tanquam non repertus culpabilis ex hactenus deductis.*
9 *Vel relaxari cum cautione de se representando.*
10 *Aliquando etiam ex causa in pœnam extraordinariam damnari potest.*

De tormentorum repetitione, an, & quando ei locus sit.

Caput Quartum.

Tortura reo semel illata iterum potest inferri, & sic repeti, si ex iustis causis repetenda esse videbitur. Scap. de iur. non script. lib. 5. cap.

5 cap.108.num.14.& 15. Clar. quæst. 64. verſ.
2 vltimo,†videlicet criminis immanitate, conditione rei, grauitate, vel leuitate torturæ illatæ, ac inditiorum contra reum militantium natura optime perpenſa. Clar. quæſt. 64. verſic. de-
3 bet igitur.†Et quamuis ad effectum, vt repetitioni locus ſit Doctores communiter velint indicia noua, ac primis vrgētiora. Carrer. pract. crim. cap. Circa. 6 num. 1. fol. mihi 93. diuerſiq; generis concurrere debere. Clar. d. q. 64. verſ.
4 vlt. videndum; † nihilominus practica rerum Magiſtra obſeruat, vt arbitrio Iudicis tortura repetatur. Scap. d. cap. 108. num. 11. Clar. dict.
5 verſ. vlt. videndum: † quod quidem ſine difficultate tranſit, vbi prima tortura prædictis cōſideratis leuis fuit. Carrer. dicto loco nume. 2. Clar. d. verſ. vltimo. Vel ſi repetatur, vt pādantur ſocij mandatores, &c. aliaque delicta, vel delinquendi cauſæ, iuxta ea, quæ ſuperius dixi in ſecondo capite. Carrer. d. loco num. 6. Clar. d. q. 64. verſ. ſucceſſiuè.
6 † Extat autem ſtylus, quem ſolent obſeruare practici criminaliſtæ, qui uolentes torturam repetere, eam leuiter, puta per dimidiam partem vnius horæ prima vice inferunt, & ſi reus ſubſtineat, poſtea illā acrius continuant, puta, per horam integram, vel alio ſeuiori tormentorū genere, vt in vigilia. Clar. dicta quæſt. 64. verſic.
7 vltimo.†Repetere autem licèt ipſam torturam (vbi repetitioni locus eſt) vſque ad tertiam vi-

cem

cem, & qualibet vice potest reus ter quassari, hoc est tribus ictibus funis concuti. Chart. dict. pract. lib. 4 cap. 1. num. 131. & seq.

8 † Quod si adhuc ille sustineat nihil fatendo, cum iam purgata sint omnia inditia contra ipsum laborantia. Clar. quæst. 64. vers. illata reo tortura; non enim procedendum est in infinitum. Clar. quæst. 21. versic. vltimo quæro; absolui debebit cum clausula, tanquam non repertus culpabilis, nec de iure punibilis ex ha-
9 ctenus deductis, † vel etiam relaxari cum cautione de se repræsentando toties, quoties, &c.
10 Char. dict. lib. 4. cap. 1. nu. 133. & seq. † Aliquãdo tamen vbi indicia sunt vrgentissima, & reus est valde famosus, etiam quod ille sustineat, non malefacies, si in aliquam extraordinariam pœnam, etiam triremium ad tempus illum condemnabis. Clar. d. quæst. vers. illata reo tortu. & vers. & in hoc proposito.

SCHOLIA IN CAP. III.

QVanto temporis interuallo debet reus in tormẽtis detineri. Clar. d. q. vers. vlt. videri. plene tractat Chart. de interrog. rei. cap. 1. lib. 4. nu. 113. & seq. Nunquam vidi, quod Iudices egrediantur horam horologii, qod poni solet super mensa, super qua sedent Iudices spectantes euentum tormentorum. In quod quidam, qui coram me torquebatur respi-

spiciens dixit: Heu quanta est tarditas huius horæ multas horas continentis. Non secus, ac alter coram me vti Iudice in loco Modoetiæ, qui postquam senserat vim tormentorū, quibus ad confitendum scelus coactus fuit, dixit: Quantum deceptus sum ab his, qui affirmabāt lunganeum Modoetiæ cęteris esse præstantiorem, & meliorem.

In practica tamen vt scias quantitatem tormentorum adhibendorum, vide Foller. in sua praxi Dialogic. in verb. Rei indurati torqueantur. nu. 16, vers. sed cum quo moderamine. Vix tamen in torquendis reis errari potest, siquidem præscripti sunt certi torquendi modi in praxi. Clar. §. fin. q. 64, vers. nunc de gradibus; nam rei non torquentur, nisi iussu Senatus Excell. iuxta Nou. Const. Mediolani, tit. de pœn. §. nullus officialis, (ad quorum declarationem viden. Plottus in cons. 52.) Mandantes, quod nullus officialis, nec condemnet, nec absoluat in casib. relat ibi, & licet Decretum non loquatur de tortura inferenda, attamen, quia nō torquentur rei, nisi sententia diffinitiua, ideo hoc in antecędens necessarium eis prohibitum videtur.

Num. 6. Quæ clausula.

EST superflua ea clausula, vt per Boss. de tortu. nu. 48. Attamen protestationes hæ solent a Notariis adijci ex consuetudine. Vnde succedit, quod clausulæ habentur pro appositis,

tis,quæ de consuetudine apponi solent. Et non esse necessariam hanc protestationem tradit Farinac. q.38. num.104. vers.2. lib.4.tit.de tormentorum repetit.

Circa repetitionem quæstionum vid. Presid. Menoch. tract.de arbit.iudi.causa 272. accurate. Circa quam nonnulla ex Doctoribus collegi per modum summulæ in tuam vtilitatem.

Primo, quod vltra tres vices repetenda non est tortura, ex quibuslibet indiciis etiam vehementissimis, licet in reo semper negante, nisi bis torturam admittat. Farinac d.quæst.38 nume.106.quicquid sit in reo,vel teste variantibus.

Secundo, vt parcant Iudices, quantum fieri potest,torquere in die feriata,& hoc est ad bene esse, & qui Religionis sunt cultores, id debent facere.Farinac.ibi.num.108.

Tertio, torturam repeti non posse nouis nō superuenientibus indiciis etiam in atrociss. Farinac.ibi num 27.& seq.

Quarto,quod indicia debent esse euidentiora primis, ibidem nu.76. 77. & diuersi generis.

Quinto,confessio extorta ex repetitione,quę fieri non poterat, non nocet.ibi.nu.78.Marsil. in sua prax.crim.§.quoniam.nu.42.

Sexto, in dubio pro non repetione facienda pronunciandum esse.

Septimo, repetitionem remitti pro arbitrio Iudicis, quod idebet esse regulatum à iure,

num,

numero 86. apud Farinacium. vbi supra.

Octauo, torturam non esse repetendam debili infirmo, vt supra dixi.

Nono, torturam non esse repetendam eodē die, sed diversis, et separatis diebus. num. 104.

Decimo, si reus semel tortus ductus ad ratificationem, nolit ratificare, fit repetitio torturæ. Clar. q. 64. §. vlt. in fin. quia oritur nouum indicium.

Sed hęc sufficiant properanti ad calcem huius additionis.

Num. 7. Repetente:

QVod in qualibet repetitione ter debeat reus concuti, obseruari dicit hic author per Chart. lib. 4. c. 1. interrog reor. num. 131. vbi dicit, quod qualibet vice habet tres scaccatas, videlicet vnam caballettam, & duos squassus, seu tres eleuationes, & depositiones.

Num. 8. Quod si adhuc.

QVando indicia sunt purgatą per torturā aliquando inspecta qualitate inditiorū rei ad pœnam extraordinariam damnari solēt. Verum ego vidi reos sine præiudicio conuicti, quando non sunt confessi, acriter torqueri; quod nunquam mihi placuit, cum per obliquum id agatur, extorqueatur confessio delicti principalis, de quo interrogatus est, & constanter negauit. Quare directo prohibitum non deberet concedi per obliquum: cum enim tūc torqueatur super aliis, nimis crudeliter cum

reo

reo iam torto esset agendum. Nihilominus quandoque Senatus mandat hos torqueri denuntiata morte, quæ est vltimum terribilium. Quod igitur qui torti in negatiua perstiterunt, ad triremes perpetuas non sint condemnandi, sed in mitiorem pœnam, puta, exilii, vel eiectionis, si sint male viuentes, & quod protestatio illa, de qua supra non prosit, quando fit in fraudem, & quomodo sit ea vtendum, viden. vnus pro mille Farinac. q.40.num.11. vsq; ad finem illius quæstionis, qui meminit in Vrbe ita seruatum fuisse, & refert illustre exemplum Io. Mariæ Brugnoli Iudicis in causis criminal. Reuerendiss. Vrbis Gubernatoris, quem etiam sapientissimum, & summę integritatis virum appellat, dignum fratrem ex multorum relatione Illustriss. Præsidis Senatus Bartholomæi Brugnoli, cuius singularis, & admirabilis scientia summa cum benignitate coniuncta, ita in admiratione habetur, vt mensura nominis sui, & ingenii præstantia senatorium illum ordinem, cui præest ea, qua decet, maiestate, mirifice compleat, cuius indefessum in tantis occupationibus studium, & studii oblectationem, in magnam me persępe admirationem rapuit, quia scio nullum librum ab eo non esse cum diligentia excussum, & reuolutum, & multas horas in elucubrationibus ab eo conferri. Ex simili Pruni arbore vtinam similibus studiorum cultoribus surculi, & palmites sur gerent

S V M.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in tormentis debet per reum confessum ratificari extra tormenta, alias non valet.*
2 *Confessi in tormentis aliquando solent confessionem factam reuocare.*
3 *Qua diligentia vti debet Iudex cum reis confessis, & num. 6.*
4 *Ratificatio confessionis debet recipi die sequenti, & quomodo hoc intelligatur.*
5 *Ratificatio confessionis qualiter accipi debeat.*
7 *In ratificatione reus est commonendus, vt dicat veritatem, & caueat à mendacijs.*
8 *Ratificatione accepta statuitur reo terminus ad faciendum suas defensiones.*
9 *Confessiones omnes, licet millies ratificatæ, semper debent verificari cum omnibus suis circumstantijs.*
10 *Et ita obseruant periti assessores, & Deum timentes.*
11 *Confessiones emanatæ de plano non sunt ratificandæ de necessitate.*
12 *Si reus recuset ratificare confessionē iam factam debet, denuo torqueri, vt ad dictā confessionem reuertatur, etiamsi alia non superueniant inditia*
13 *Fugienda tamen est Iudicum quorumdam crudelitas, qui tandiu reos in tormentis detinent, donec confessionem priorem amplectantur.*
14 *Repetitio torturæ hoc casu fieri potest vsque ad tertiam vicem, sed qua consideratione, & numero.* 15.
16 *Imo aliquibus casibus etiam vsque ad quartam vicem repe-*

repeti potest; quod tamen auctor rarissimè, & non nisi in aliquo atrocissimo casu faciendum suadet.

17 *Quid faciendum reo ratificante, vel non ratificante, & in reuocatione persistente.*

28 *Torturæ repetitio fieri potest reo minimè audito in suis defensionibus, quas post primam torturam, & ante repetitionem facere prætenderet.*

19 *fallit in quibusdam casibus ibi expressis; in quibus defensiones dandæ sunt.*

De ratificatione confessionis factæ in tormentis, quomodo illa recipienda sit.

Caput Quintum.

1 SI reus fassus fuerit in tormentis, eius confessio debebit postea per ipsum extra tormenta ratificari; quia alias sine ratificatione nihil confessio prædicta valeret. Clar. & alii per eum allegati. quæst. 64. versic. cæterum si reus.
2 † Verũ quia pluries cõtingit, vt, qui in tormẽtis confessi fuerunt, aliorum carceratorũ hortatu impulsi, quandoque etiam minis, & verberibus moti confessionem iam factam reuocare
3 conentur: † idcirco habita huiusmodi confessione, interim donec tempus ratificandi aduemiat, poteris ipsum reum mandare reponi in aliquo alio loco separato, si commoditas carceris suppetat. Clar. d.q. 64. versic. cæterum si reus. Scap. de iur. non script. lib. 5. capitul. 101.

4 in fin. † & si subsit timor, ne metu pœnæ sibi mortem conficiat, vel aliquid mali sibi ipsi moliatur, poteris omnia instrumenta, quæ huiusmodi prauum animi conatum iuuare valerent, ex dicto loco amoueri facere, ac per temetipsum locum invisere, vel etiam Birruariū aliquem, vel personam aliquā tibi cognitā, & fidelem in eodem loco insimul cum dicto reo confesso constituere, aut alio modo prædictis occurrere, prout tibi opportunius visum fuerit; & ita ego pluries obseruari vidi iuxta cau-
5 sarum, & personarum qualitatem. † Ratificatio autē confessionis iam factæ accipi solet die sequenti, & quamuis confessio emanasset antecedenti sero, poterit illa nihilominus sequenti mane apud acta recipi, sicque obseruatur de consuetudine, licet nonnulli certum horarum numerum ipsam ratificationem præcedere debere affirment. Clar. d. q. 64. versic. & circa hanc ratificationem, & vide Char. in pract. lib.
6 4. cap. 1. nu. 140. cum plur. seq. † Habita igitur à reo confessione, ipsum die sequenti in aliquē locum à tormentorum loco separatum, si possibile sit, educi iubebis, deinde ea, quæ fassus fuerat, vt saltem in substantia repetat, curabis, eidem suam confessionem de verbo ad verbū clara, & alta voce per Notarium scribentem legi mandabis, ac denique opportunis interrogatoriis, nunquid contenta in sibi lecta depositione ipse fassus fuerit, illaque velit modo ap-

pro-

probare,& ratificare,& an aliquid intendat addere, vel reuocare diligenter perquisiueris. Marsil.in sua pract.§. quoniā nu.1.fol.mihi 67. latius Char.d.pract.lib.4.cap.1.num.145, cum seq.Quod si res eadem repetet, dixeritque illa se confirmare, nullaque se prædictis velle addere,vel detrahere, iam perfecta est confessionis emanatæ ratificatio.Marsi.d.§. quoniam n.
7 1.circa fin. † Non erit autem inconueniens dictum reum semel, & pluries commonefacere, vt bene aduertat,quoniam agitur de ipsius vita,honore,vel fortunis, & ideo vt dicat solummodo veritatem, & caueat à quibuscunque mendaciis. Idem Marf.d.§. quoniam nume.1.
8 †Habita sic, vt supra confessionis ratificatione quid faciendum sit,,habebis plane inferius suo
9 loco. Inf. eodem lib.c.fin. Interim tene menti, quod omnes confessiones, licet millies essent ratificatæ, semper tamen verificandę sunt cum
10 omnibus suis circumstantiis,† & ita obseruant periti assessores,& Deū timentes.Marsi.d.loco Maran.in suo specul.6.par,auct.14.num.15.
11 † Quod autem dixi supra de ratificationibus confessionum, intellige de ijs confessionibus, quæ in tormentis,aut tormentorum metu factę sunt:cæterum si de plano fuerint habitæ, nulla erit opus ratificatione. Carer. in sua pract. fol. 9.num.29.
12 † Quid autem si reus confessionem iam factam ratificare recuset,imo illam reuocare conetur?

netur? dic, quod eſt denuo illi repetenda tortura, vt ad confeſsionem iam factam reuertatur, etiamſi alia non ſuperuenerint inditia; prima enim confeſsio per tormenta expreſsa nouum creat inditiũ, quod in practica ab omnibus abſque vlla hęſitatione obſeruatur. Boſs. in ſua pract. in tit. de tortu. nu. 43.
13 † Ne tamen tu hoc caſu carnificum quorumdam, (non enim hos Iudices nominare audeo) ſæuitiam imiteris, qui tandiu reum prędictum in tormentis detinent, donec in priori confeſsione perſeueret; quoniam hoc omni iure prohibitum eſt. Franciſc. Pegn. ad direct. in-
14 quiſit. 3. par. verſ. ſit. 3. ſchol. 54 † Si verò repetita tortura iterum reus confeſsus fuerit, ſed ductus ad ratificandum confeſsionem factam illam denuo reuocauerit, adhuc erit repetitioni torturæ locus, ſecundum receptam omnium practicorum ſententiam, qui hoc vſque ad tertiam vicem fieri aſſeuerant. Clar. quęſt. 21. verſ. vlterius quęro. Gomez. var. reſolu. tom.
15 3. cap. 13. nu. 27. † Sed tibi meo iudicio, vt legitimè agas, cum huiuſmodi reo confitente, & nolente ratificare conſiderandę erunt pręcedentium inditiorum qualitates; ſi enim grauia fuerint inditia, ita vt ex illis legitimè poſsit repeti tortura, tunc ſi ſin ſecunda tortura confeſſus ductus ad ratificandum neget, ex tali varia-
16 tione etiam tertio torqueri poterit, † & ſi grauiſsima, et vrgentiſsima forent inditia, vt ter-
tio

tio reum torturæ subijcere nefas non esset, et in tertia tortura confessus iterum ad ratificandum ductus negaret, vtique posset etiam quarto eidem tortura inferri, ne inditium variationis non purgatum remaneret. Chart. in pract. inter. reo. lib. 4. c. 1. n. 163. sed hoc de 4. vice rarissimè, et non nisi in aliquo atrocissimo casu, vel homine nequissimo, ne nimium crudelis videaris, vt facias suadeo. Boss. in titu. de tortu. num. 44.

17 † Quod si reus tandem ratificauerit; debebit statui terminus ad se defendendum, etc. si vero obstinate perstiterit in reuocatione, tunc aut relaxandus erit cum cautione de se repræsentando toties, quoties, etc., aut absoluendus tanquam ex hactenus deductis non repertus culpabilis, nec de iure punibilis. Char. in sua pract. interrog. l. 4. cap. 1. num. 160.

18 † Si reus post primam torturam sibi illatam ad impediendum illius repetitionem instaret sibi dari terminum ad se defendendum, & peteret se in suis defensionibus audiri, non esset audiendus. Char. d. pract. inter. reo. lib. 4. c. 1. nu.
19 171. & seq. † nisi tamen ille causam huiusmodi suę petitionis exprimeret, illaque tibi releuans videretur. Char. vbi supra nu. 180. & seq. vel si tortura, attenta inditiorum, & criminum qualitate, sufficienter purgata, & modoque ad torturæ repetitionem ex nouis inditijs deueniendum esse. Char. vbi sup. 198. & 199.

SCHOLIA IN CAP. V.

De ratificatione confeſſionis factæ in tormentis.

ETſi confeſſiones à reo delicti habueris, ſeu verius extorſeris per tormenta: attamen nihil te aſſecutum fuiſſe putabis, niſi is ratificet, & ratificet pure, & ſimpliciter delictum prout illud faſſus fuit. Quamobrem attende ad ratificationem, ne eludaris. Plus tibi ſupereſt laboris in eliciendo ratificationē, quæ non eadem die, ſed ſequenti habenda eſt. Inuigiland. tibi eſt, ne quis perſtringat aciem oculorum tuorum. Nam res ſoliciti plena timoris erit, quandiu ille non confirmet, & ratum habeat depoſita in ſua confeſſione. Quæ ſingula rectè monet Clar. quæſt. 64. verſ. Cæterum. Ex quo ego colligo vnum, quod aduerſatur communibus regulis, videlicet quod etſi ratificatio inducatur actu vel expreſſe, vel tacite, & par ſit virtus taciti, ac expreſſi, l. Paulus reſpondit non tantis verbis, ff. rem rat. haberi l. pen. ff. de Decurio. cap. quoad conſultationē, de re iudicat. Dec. conſ. 297. col. 2. circa med. Alex. conſ. 127. col. 1. lib. 5. cum ſimil.

Attamen hoc caſu, in quo agitur de vita hominis, ratificatio expreſſa requiritur, quia vita hominis non debet ſubiacere dubio actui, vel magis præſumptæ ratificationi per non reuoca-

uocationem confeſſionis,vbi enim maius vertitur periculum, ibi cautius eſt agendum, & quia dum agitur ad pœnam corporalem, probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l. ſciant cuncti. C.de probat. Imo id eſt ex receptioribus Doctorum ſentētijs, latè Maſcard. de probat. concl. 1256. num.21. verſ. ſublimitatur, in terminis præciſis huius ratificationis, vt ad hoc non trahatur.

Num. 6. Habita.

RAtificatio iſta non eſt neceſſaria.

Primò, quando fit ſponte non adhibita aliqua tortura.

Secundo, quando agitur contra aliquem in flagranti deprehenſum, Ioſeph Cumin. citat.à Carthar.de interrog.reo.cap.1. n.152.verſ.quę quidem in fin. lib.4.

Tertiò,quando quis fuit leuiter tortus, quia appellatione torturæ non venit leuiſſima tortura,ſicuti vulneris,vulnuſculum,arg. l. ſcio ff. de in integ. reſtit. & idem Carth. nu.154. licet concludat tutius eſſe, torturam adhiberi, cui ego accedo, quia negari non poteſt, quin vi, aut metu torturæ de nouo poſt primum inferendæ,cum leuiter tortus poſſit ad torturam reuocari.

Quarto hæc ratificatio non requiritur in teſte,ſicut in reo, (quod nota) & cauſam differentiæ affert Frāciſcus Caſtellus Aduocat. Roman. inter quæſtiones Farinac. de indici q.39.

nu.139. 140. non enim valet argumentum de tortura criminosi ad testis torturam.

Quinto loco ratificatio est necessaria in depositione socij criminis contra alium declarãdo vt per Scacc. cap.81.nu.9. vers. quinto dubitatur, qui respondet obiectionibus: tu videas.

Sexto hæc ratificatio est necessaria in socio criminis grauante alium socium intra tormẽta, quia debet fieri, & ratificari in faciem nominati, Farin.in q.43. nu.140. quem refert, & seq. Scacc. cap.86. nu.67. vers. & cum in tortura; vbi dictat modum, seu Methodum Notarijs concipiendi hanc ratificationem, seu confessionem quando delictum est probatum plene per testes, Marsil.in d.pract.& §. quoniã nu.39. vers. scias, vbi quod ratificatio nil aliud est quam perseuerantia in confessione. Postremo in hac materia adduco tibi singularem quæstionem Aug. Beroi, quæ est in ordine 126. incip. si quis crimen confessus fuit bis vario modo, & confessionem suam postmodum generaliter ratificasset, an hic pœna criminis puniri possit. Verum nos loquimur de ratificante confessionem per torturam extortam: at in casu Beroi agitur de ratificatione spontanea primæ cõfessionis, sed tamen vario modo; vtilissima tamen est ea quæstio.

Num. 9. Interim.

NEscio quid hic Author loquatur, cum legantur ei depositiones primæ ad vnguem

guem per Notariũ : nec mihi negotiũ facessit Marsil.in prax.§.quoniam,nu. 1.qui non in his terminis loquitur.

Num. 11. *Quod autem dixi.*

Supra pluries hoc repetitum est.

*Num.*17. *Quod si reus.*

CArthar. lib.4.cap.1.num.164. solet tamen statui terminus ex lege, nam nõ currunt nisi habita copia processus, & merito, quia non dicitur negligere, qui est legitimè impeditus ex facto alieno. Ideo nullum currit tempus,iux. no.ad cap. ex tenore de appellat. l.vlt. §. donec. C. de iur.deliber. l. 1. & ibi Doctor. C. de bon.mater.cum simil.

*Num.*18. *Si Reus.*

INsignis hic est articulus, an ad impediẽdam repetitionem post primam torturã sit quis audiendus in suis defensionibus. Concludit author, non esse dandas. Ratio est, quia est quædam continuatio prioris torturæ. Ex quo enim ante primam torturam illatam reo datæ sunt defensiones, alius terminus post cæptam torturam dari non debet, præsertim quia hoc videtur per calumniam peti ad differendum, & ad se subtrahendum à veritate proferenda. Cum verò nihil tam sit generale, quin aliquo modo restringatur; ideo hoc casu Iudex obseruare debet, an aliqua innocentiæ exceptio superuenerit repetendo, ex qua sit audiendus, puta per euidentiam facti, quia hæc probatio nun-

nunquam censetur exclusa, puta quia superuenisset notitia eum, qui dicebatur mortuus, superuiuere, quæ omnia scitissime prosequitur Carthar. lib. 4. cap. 1. nu. 183. vers. & facit.

Quid autem, quando tortura sufficienter illata est iuxta qualitatem inditiorum, quæ sufficienter purgata sunt: an si ex nouis inditiis sit repetenda, debeatur petenti copia inditiorũ: Dic quod sic; ratio est; quia hæc repetitio ex nouis, non dicitur continuatio, sed noua torturæ illatio; ergo idem erit, quod in prima tortura esse debet. Superiora ergo locum habent, quando quis non fuit sufficienter tortus.

Vix tamen hæc in facto contingunt. Cum Iudices adiicere soleant in prima tortura, illã clausulam; fuit depositus animo &c. & sic non potest apparere ex nouis inditiis torturam esse repetitã, cum prudentes Iudices ad id se astringere nolint, sed ad actum torturæ deueniunt eo meliori modo, quo possunt, & semper pro Iudice præsumitur, vt quis dicatur bene, vel male tortus. Ideo frustra super similibus quæstionibus te occupabis.

Quæri etiam potest, an si Senatus mandet, prout quotidiè facit, inspecta personarum qualitate, & delicti, quem esse torquendum super processu informatiuo, an possit is repetere torturam iuxta superius dicta.

Hanc quæstionem in terminis prȩheminentiæ Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolitanæ ponit Char-

Carthar.& pro affirmatiua resoluit. Dura tamen mihi videtur praxis, nec facile concedēda in terminis nostris propter recessū à dispositione iuris, à quo exorbitare videtur. Ideo laudarem Iudicem, vt de secutis coram se, & de resultātibus ex prima tortura Senatum admoneret, deliberaturum super repetitione.

SVMMARIVM.

1 *Tortura incipienda est ab eo, quem verisimile est facilius confessum iri.*

2 *Fœminæ facilius confitentur in tormentis, quam masculi, sed hoc aliquando fallit.*

3 *Personæ à quibus tortura inchoari debet enumerantur nonnullæ.*

A quibus tormenta inchoanda sint.

Caput Sextum.

1 SI † plures sint rei, contra quos ad torturā deuenire oporteat, ab illo semper incipiendum erit, à quo melius, & citius veritatem excerpturū te arbitraris, Bald. de perigl. in tract.
2 de quæst. & tormen. num. 7. † vt puta prius à fœmina, postea à masculo, licet hoc aliquando fallat, Conrad. de offic. Præto. in titul. de nego. crim. num. 40. fol. mihi 521. & quoad ma-
3 sculos † prius à timidori, debiliori, & iuniori, quam

quam e contra, Bal. capp. & locis sup. citat. Clar.quæst.64. vers. quæro si plures, & prius à suspectis, quales sunt homines malæ vitæ, opinionis, & famæ, habentes malum, & turpe nomen, siue malam physonomiam, qui vel primi cadauer occisi repererunt, aut alias simile delictum commiserunt. Carrer. in sua pract. in cap.incipien. habitis indiciis, fol.88. in princ. Conrad. vbi sup. d. num.40.

SCHOLIA IN CAP. VI.

INdustriosa est hæc speculatio. à quo tormenta sint incipienda, in qua Iudicem habere beneuolum, & gratum expedit, cum de eo, quod facit in proponendo, vel postponendo vnum magis quam alium, non sit sindicandus, cũ tamen religio, & prudentia in eo dominari plurimum debeant. Ideo huic theoricæ adhęrere optimum est. In pœnis etiam sumendis aliqua est obseruatio, quam enixè licuit superioribus mensibus intueri in his, qui furcis sunt suspensi ob homicidium patratum in personã cuiusdam de Gisnusculis. Quatuor enim seruato admirabili ordine eodem mane complices, vna cum vxore, quę erat satis formosa, cuius pulchritudo omnes excitabat ad miserationem, & me quoq; ad lachrymas, etsi pro accusatoribus consuluissem, quod responsum inter alia imprimetur.

Hanc

Hanc quæstionẽ absoluit Carth. rei Papien. Interrog. reorum, lib. 4. cap. 1. num. 208. vers. item & illud, & particulares doctrinas super vnaquoq; casu tradit, & incipien. in torquendo à solito delinquere, tradit Farin. lib. 1. q. 23. num. 23.

Ex malo tamen nomine, aut Physionomia solet quis non parum torqueri. Farinac. q. 52. nu. 166. vbi hoc absurdum censet lib. 2. iunctis alijs de quibus penes Scacc. qu. 86. nu. 29. Clar. q. 64. versic. quero si plures. Et num. 30. dicit, Quod si quis Iudęus effectus Christianus retineat nomen Iudaicum antiquũ, ac eo vtatur, ostenditur amor erga Iudaismum, & pręsumitur eum approbare. Sic Alexander Magnus victo Dario Persarum Rege, cũ in mores Persicos transisset, seq; adorari pręcepisset, non amplius Macedo. habitus est, quia magna est vis pręsentium morum ad cognoscendum quod quid est.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati timentes, ne torturæ subiecti fateri inuiti cogantur, solent procurare remedia contra torturam.*

2 *Remedia contra torturam experientia docuit, non esse prorsus inania.*

3 *Iudex inuigilare debet, vt remedia prædicta inania reddat.*

4 *Remedia contra torturam ex quibus rebus constare solcant.*

5 *Re-*

5 *Remedijs contra torturam quibus alijs remedijs Iudex occurrere debeat, vt illa reddat inania.*
6 *Abrasionem pilorum in toto corpore esse potissimum remedium contra remedia per reos ad torturā adinuenta author se expertum esse docet.*
7 *Carceratis aliquid de foris comedendum, vel aliud deferri aliquando pati non debet Iudex.*
8 *Subucula superstitiosè confecta pro remedio contra torturam, quam author dicit se vidisse.*
9 *Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Marianus Perbenedictus Cardinalis de Camerino laudatur.*
10 *Io. Iacobus Panicus Maceratensis olim Procurator Fiscalis Generalis in Vrbe laudatur.*
11 *Author fuit Substitutus Fiscalis intimus, & à secretis Io. Iacobi Panici Maceratensis Generalis Fiscalis in Vrbe.*
12 *Exemplum remedij contra torturam valdè mirabilis, & num. 14.*
13 *Desiderius Cuido, olim Gubernator Vrbis laudatur.*
15 *Rei torquendi aliquando habent verba memoriæ commendata contra torturam.*
16 *Et quomodo Iudex occurrere illis valeat.*

De remediis, quæ solent adhiberi contra tormenta, & quid faciendum sit.

Caput Septimum.

2 QVoniam illud inoleuit, vt carcerati, sibi ipsi conscij timentes, ne torturæ subiecti veri-

veritatem inuiti cogantur fateri, plura, & diuerſa procurent maleficia, quæ remedium cō-
2 tra torturam † appellant, vt tormentorum vim pro viribus euitent: experientia autem docuit, talia maleficia multoties, diabolo forſan ita, Dei Omnipotentis permiſſu, operante, inania non eſſe. Paul. Ghirlan. in tract. de q. & tort. q. 4. num. 13. & ſeq. prout ego pluries ſum expertus, & à Doctiſſimis viris, & in cauſis agendis verſatiſſimis audiui.

3 † Ideo etiam circa hoc te admonitum volo, vt maxima cura inuigiles ad effectum, vt illa, quantum fieri poteſt, inania reddantur. Char.
4 d. lib. 4, cap. 1. nu. 220. & ſeq. † Scias igitur talia maleficia vt plurimum conſtare ex verbis, & notis deſcriptis, & deſignatis in aliqua cartula papiri, ſiue membrana, ſiue quam vocant virginem: quas quidem chartulas aliquando inuoluunt cera, vel inglutiunt, vel abſconditā deferunt in aliqua parte corporis ſecreta, vel in veſtimentis. Char. d. loco num. 219. Itaque cū aduerteris reos tormenta parui pendere, vel in eis dormire, aut eis corpus intumeſcere, vel ſpumam ex ore profluere, ſiue aliqua alia ſigna videris, vnde conijcere queas illos ſe ma-
5 leficiis aduerſus tormenta prædicta communiſſe, poteris vel tormenti genus mutare. Franc. Caſ. rel. per Scap. in tract. de iur. non ſcrip. lib. 5. cap. 120. num. 5. vel in alio carcere ipſum reū poni facere, expreſſe prohibendo, ne quid ex

alio

alio carcere ſecum deferat. Chart. vbi ſup. nu-
222.verſic.3.mutare,vel veſtimenta omnia, ip-
ſam etiam ſubuculam eundem exuere,aliaque
diuerſa ſuperinduere. Char.num.222.verſic.4.
omnes etiam perſonæ partes,etiam os, forami-
na narium,& aurium, etiam anum, vel vuluã,
& ſi qua plaga, vel cauterium, ſiue ruptorium,
vel inciſio in corpore adſit, diligenter perqui-
rere. Char.d.num.220.verſic.4. Item capillos
capitis,& pilos in toto corpore abradi facere.
Scap. de iur. non ſcrip. lib. 5.cap.120.nume.6.
6 † quam quidem abraſionem ſolam potentiſſi-
mum eſſe remedium ſæpiſſimè ſum expertus:
7 præterea nequaquam pati, quod deforis ali-
quid comedendum talibus carceratis defe-
ratur. Char.d.num.222. verſ.6.vel aliqua ſubu-
cula noua, quia ego vidi aliquando tranſmitti
8 ſuperſtitioſa cibaria, † & ſemel vidi, & habui
præ manibus quandam ſubuculam recentem
maxima cum ſuperſtitione confectam ad tor-
9 mentorum dolorem tollendum. †Et quia cau-
ſa erat grauiſſima,cuſtos carcerum exhibuit il-
lam Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo D.Maria-
no Perbenedicto viro vigilantiſſimo, & ob in-
finitas, egregias, ac propè diuinas animi dotes
merito nunc Cardinali de Camerino Domi-
no meo Colendiſsimo tunc Almæ Vrbis Gu-
10 bernatori, †ac Illuſtri,& Excellentiſsimo,& nũ-
quam ob eius profundam doctrinam, integri-
tatem, in rebuſque agendis experientiam, ſoli-
dita-

ditatem, virtutem, ac virilitatem, atque indefessum, acutum, intrepidum, inuictumque in negociis tractandis perficiendisq; animum ad studiũ satis laudato: quæ etiam visa fuit à D. Io. Iacobo Panico Maceratensi, tunc Procuratori
11 Fiscali Generali, † cuius ego eram substitutus intimus, & à secretis, ac causæ promotor: per quos prohibita subuculæ prędictæ traditione, factaq; desuper inquisitione prædicta omnia comperta fuerunt.

12 † Non omittam, quando in hunc incidimus sermonem, tibi referre casum mirabilem, quē mihi narrauit recolendæ memor. Perillustris, Reuerendissimusque D. Desiderius Guido Almæ Vrbis olim pariter Gubernator, quem virum me cognouisse, illiq; inseruisse, & in pluribus etiam arduis illum mea opera vsum esse glorior, quia verè ad orbē vniuersum non Vrbem tantum gubernandam, & regendam natus uidebatur ob maximam, qua pręcellebat in rebus agendis, & dijudicandis sententiam, & experientiam, & qui illum cognouerunt, probè norunt, quia vera loquor; vtinam illi longior vitæ cursus contigisset.

13 † Narrabat inquam mihi maximus ille vir, quod cum olim, dum Vicarium gereret Archiepiscopi Neapolitani ad illius manus deuenisset quidam, qui iuuenes Christianos ad Turcas illis distrahendos deferebat, & pluribus contra eum ex processu desuper fabrica-

to inditiis resultantibus eundem seruatis seruandis semel, & iterum, ac tertio in torturã eleuari mandasset; statim quod ille eleuabatur, adeo totus intumescebat, vt necesse foret statim illũ deponere, & quamuis fuisset vestimentis omnibus exutus,& aliis indutus, abrasus,diligenter perquisitus,carcere motus, nihilominus omnia frustra semper fuerant reme-
15 dia tentata: tandem perquisito ano dicti carcerati fuit in eo reperta quædam parua pila ceræ cum chartula inuoluta quibusdam characteribus, & verbis ac nominibus partim incognitis exarata; qua pila inde extracta dictus carceratus, nequidem se eleuari amplius passus fuit, sed statim omnia confessus post aliquot dies condignis fuit pęnis punitus. Scito etiam, quod quandoq; ipsi torquendi verba prædicta nullibi descripta deferunt,sed memoriæ commendata dum tormentis alligantur il-
16 la submissa voce proferunt, † & ideo debebis, vbi casus contingat, talem torquendum tunc variis sermonibus interrumpere, ne quid submissa voce loqui valeat, vel aliis opportunis remediis prædictis in cantionibus occurrere, prout tibi proficuum esse videbitur.

SCHOLIA IN CAP. VII.

MAleficos non patiaris viuere super terram, Deuteron. 23. Sæpè ego fui in opi-

opinione, Sortilegia hæc nullam habere vim ad fortificandum corpus aduersus quæstiones, sed potius eam constantiam in sustinenda tormentorum acrimonia, referendam esse ad fixã imaginationem eorum qui se eis committunt, traduntque. Septem antydota aduersus ea recenset Cartha. lib. 4. cap. 1. nu. 222. vers. Iuuabit, Cason. de sortileg. cap. 10.

Memor sum, quod quo tẽpore detẽti fuerũt Iacobus Legorinus, & Baptista Gorlinus, cum cõtra Gorlinũ nullũ tormenti genus præualeret, reperta fuit tandem quædã paruula carta in medio capitis inserta abrasis pilis capitis, qui postea innumera fassus fuit assassinia: tandẽq; in frusta scissi, postquã Rotæ ligneæ intertexti fuerunt in loco Cagnolæ distante à Ciuitate Mediolani per milliaria duo extra portã Cumanam, quo in loco prope nemus dictum della Merlatta (nũc excisum est) homicidia frequentabãtur. Superstitiosa sunt sanè, & Demonis inuenta, qui cupit latria, seu Dulia adorari. Sed hæc Theologis relinquamus. Plura de his ad satietatem per Scacc. cap. 72. de iurisd. iudi.

Ad occurrendum autem his incantationibus, & poculis, quę sumuntur ad declinandam vim tormentorum, nullus in hoc genere vigilãtior est eo, cuius supra meminimus, Martiano de Marchis Torniello I. C. sceleratis hoste infensissimo, qui more periti Medici priusquã torqueri mandet, medicinam aliquam reis ad

ſortilegiorum (ſi quæ ſunt) euacuationem per cuſtodem miniſtrari iubet, cum etiam in partibus pudendis inuoluantur ſeu pilæ cereæ cũ caracteribus, ſeu quid ſimile. Verum dum ille præcipi mandaſſet cuidam torquendo qui arguebatur de vxoricidio, vt ſumeret quandam medicinã recuſauit, & ad eum remiſit bibendam, vt ille vices ſuas ſuppleret, nec vlterius ſuper eius ſumptione verbum factum eſt.

SVMMARIVM.

2. *Forma decreti interponendi quando tormentum funis, quod tortura appellatur, infertur.*

2 *Reus confeſſus, vel conuictus in aliqua parte quomodo ſit torquendus.*

3 *Reus in tortura pendens quandoque inſtat, vt deponatur, & quid fieri debeat.*

4 *De quibuſcunque actibus, qui fiunt cum reo, eſt facienda mentio.*

5 *Forma decreti quando Iudex mandat reum in tortura pendentem quaſſari.*

6 *Forma decreti quando Iudex mandat reum in tortura pendentem ictibus funis affici.*

7 *Forma decreti quando Iudex mandat tali reo baculum ad pedes alligari.*

8 *Forma decreti quando Iudex mandat tali reo ferreos compedes ad pedes apponi.*

9 *Tormentum ignis iam receſſit ab Aula apud probos Iudices, & ab eo abſtinendum eſſe autor conſulit, & num.* 11.

10 *Tor-*

10 Tormento ignis plerumque homines inhabiles redduntur ad pedum vsum.

12 Iudices mali sunt, qui non faciunt fieri mentionem de de omnibus actibus, quos faciunt cum reo.

De forma seruanda quando infertur tormentum funis, quæ tortura appellatur.

Caput Octauum.

11 HIs † sic generaliter præmissis, quasi pro theorica, restat, vt tibi formulas ipsas oculis subijciam, quibus practica vti solet pro præmissis exequendis. Et incipiendo, à tormento funis tanquam magis vsitato torquendi modo, & regina tormentorum appellata, iuxta instructionem superius tibi traditam, talis erit forma videlicet.

Interrogatus, & monitus, vt velit tandem recedere à tot mendacijs, & inuerisimilibus respõsionibus, cum ex iam deductis possit ipse C. clare animaduertere sibi nullum negandi locum esse relictum.

Respondit, Io hò detto la verità, non posso dir'altro, e non hò detto bugia nessuna.

Et D. Dicente, & ipsum Constitutũ benigne monente ad veritatem super præmissis tradendam, quam adhuc minus dixit, nec expectet, quod pro illa habenda contra ipsum deueniatur ad opportuna iuris, & facti remedia, prout de-

deuenietur, nisi ad dictam veritatē super præmissis fatendam se disponat.

Respondit: Io hò detto la verità, e se mi volete dar li tormenti, patienza, voi mi fate torto: io non posso dir'altro.

Tunc Dominus sedens, &c. visa pertinacia, & obstinatione ipsius Constituti; visisq; & considerațis indiciis contra ipsum existentibus, & signanter depositionibus N. & N. qui asserunt vidisse ipsum Constitutum exire de domo Basilii quædam bona secum sub pallio deferentem, visis litteris penes ipsum Constitutum repertis, attenta etiam fuga per eundem Constitutum arrepta, statim visis birruariis qui ipsum deinde captiuum fecerunt; ac pluribus mendaciis, & inuerisimilibus responsionibus ipsius Constituti; considerataque mala ipsius qualitate, & vilitate personæ, ac mala physonomia (si talis erat) aliisque indiciis contra dictum Constitutum vrgentibus, & ex processu resultantibus; pro veritate habenda super furto bonorum prædictorum, quæ aliter ab eo haberi non potest, mandauit ipsum Constitutum adduci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari.

Qui sic adductus dum spoliaretur, & ligaretur, fuit per Dominum benigne monitus, & hortatus, vt tandem libere veritatem dicat, & recedat ab eius pertinacia; nec expectet, quod in funē eleuetur, prout eleuabitur quatenus

tenus adhuc in eius obstinatione persistat.

Respondit: Signore io non posso dir'altro.

Tunc Dominus cum videret ipsum Constitutum omnino recusare veritatem fateri, eundem iam spoliatum, ligatum, & funi applicatum mandauit in altum eleuari.

Qui sic eleuatus cępit clamādo dicere, Ohime, ohime Dio, ò Madonna santissima di Loreto aiutatemi, &c.

2 † Aliquando, vbi scilicet habes reum in aliqua parte confessum, vel testibus superatum, aut alias conuictum, tortura infertur tantummodo pro vlteriori veritate habenda, & pro habendis aliis delicti complicibus, fautoribus, sociis, & receptatoribus, &c. & tunc apponitur protestatio secundum formam, quam tibi tradam inferius alio opportuniori loco. Habes
3 infra, lib. 6. c. 4. † Et quia reus in tortura pendens quandoque solet instare, vt deponatur, vel ad effectum fatendi, vel ad alium effectum, vel solet quandoque de mandato Iudicis in fune quassari, vel ictibus torqueri, aut baculum, vel ferrei compedes ad eius pedes apponi,
4 † & de huiusmodi actibus est facienda mentio, ideo infrascripta notabis, ex quibus formam in cæteris assumere tibi, & affigere poteris.

Interrogatus, & monitus, vt non patiatur se vlterius in tormento detineri, sed veritatem libere fateatur.

Respondit: Io non posso dir'altro, se mi ci teneste cento anni.

5 † Tunc D. cum videret ipsum Constitutum torturam paruipendere, & ob eius robustitatē quasi non sentire; mandauit funem modicum quassari, & moueri absque ictibus.

Qua sic mota, & quassata ipse Constitutus dixit: Fate quel che vi pare; che io non dirò mai altro. Vel sic.

6 † Tunc Dominus, cum videret ipsum Constitutum torturam paruipendere, & tacitum in ea manere, quasi dolorem minus sentiat, nolleque respondere, mandauit ipsum duobus ictibus affici.

Qui sic affectus, & quassatus dixit: ò Giesù, che crudeltà è questa? deinde tacuit. Vel sic.

7 † Tunc Dominus, &c. mandauit ad eius pedes alligari baculum, vt distractis tibialibus penderet.

Quo apposito, & alligato, &c.

8 † Tunc Dominus sedens, &c. mandauit ad eius pedes apponi ferreos compedes, vel alligari lapidem ponderis librarum, &c.

Quibus appositis ipse C. nihil dixit. Deinde cępit clamando dicere: Eh Signor Giudice, che mi fate torto; io non hò fatto niente.

Et monitus per D. vt veritatem dicat, vel vlteriorem veritatem dicat, &c.

Respondit: Che volete che dica? io son morto,

to, mettete mi giù, che voglio dire quel che volete voi:

Et Domino instante, vt veritatem dicat super præmissis.

Respondit: Mettetemi giù, che voglio dire ogni cosa.

Et sibi dicto, vt incipiat dicere, & postea deponetur.

Respondit: Io non posso dire qua sù niente, fatemi calare, che dirò ogni cosa, fatemi calare, pluries dicta verba replicando.

Tunc D. stante promissione prædicta, & ad effectum prædictum tantum, &c. animo tamen &c. mandauit ipsum Constitutum leuiter de tortura deponi, & super scamno ligneo accommodari.

Qui sic depositus, & super scamno ligneo accommodatus, fuit per D interrogatus, vt modo pollicitam veritatem fateatur.

Respondit: Che volete, che dica? Io non hò fatto male alcuno, & voi mi stratiate à torto.

Et monitus, vt recedat ab huiusmodi subterfugijs, & pollicitam veritatem dicat: quia alias continuabuntur tormenta, & in altum ipse eleuabitur.

Respondit: Fate quello che vi pare, voi mi fate torto.

Ex tunc D. mandauit ipsum Constitutum in altum eleuari.

Qui sic eleuatus cepit clamare: Ohime, ohime,

me,ò Santa Maria di Loreto ; & postea tacuit. Deinde dixit : Mettetemi giù , che voglio far del corpo,mettetemi giù,che io crepo.

Tunc D. ad effectum , vt leuaret corpus , mandauit ipsum Constitutum leuiter de tortura deponi,animo tamen,&c.

Qui sic depositus, & facta sibi per D.facultate euacuādi corpus,mox reductus corāD.dixit: Eh Signore misericordia, che volete,che io dica,ditemelo voi,che dirò quel che volete,

Et tunc D. cum videret sibi verba dari, mādauit dictum C. iterum in funem eleuari pro continuatione tormentorum.

Qui sic eleuatus nihil dixit. Et,licet pluries per D. interrogatus, & monitus fuisset,nihil tamen vnquam respōdere curauit,quæ ego, &c.

Et cum stetisset sic in tortura eleuatus per spatium vnius horæ integræ ad horologium pulueris , Dominus mandauit ipsum Constitutum leuiter deponi,disligari, & brachia reaptari,reuestiri,& ad locū suum reponi animo,&c.

Qui sic depositus , dum disligaretur , & brachia sibi accommodarentur,clamabat fortiter: Ohime,ohime: fa piano fratello,& similia verba:

Hinc elicere potes formulas torquendi tormento Vigiliæ, tormento ignis, taxillorum, &
9 alijs similibus:licet,vt verum dicam,†illud tormentum ignis iam recessit ab Aula, quia est
10 nimis sæuum,& præiudiciale. † Vidi etenim plerum-

plerumque homines dicto tormento cruciatos reddi prorsus inhabiles ad pedum vsum.

11 † Quare tu semper (meo consilio) ab illo caueas, (non enim est vsitatum apud probos Iudices, præsertim si reus alio tormentorum genere torqueri valeat: Et ego in Vrbe vnica tantum vice tormentum ignis in persona cuiusdam, qui torqueri non poterat, inferri vidi. Formulam tamen apponam decreti interponendi, vt illam habeas, si casus contingat.

12 † Dixi superius de quibuscunque actibus, qui fiunt à Iudice cum reo mentionem faciendam esse, quia sunt mali Iudices, qui id faciunt: à quibus caueas tu omni modo, quia isti male faciunt, & aliquando malefactorum pœnas dabunt Deo permittente scelerũ vindice.

SCHOLIA IN CAP. VIII.

PRosequitur author vsitatiorem modum torquẽdi cum fune, & eius formulam, cuius sunt practici Actuarij nostri, ita vt necesse non habeant, vnde eam petant. Plenius autem differit super omni formula torturæ funis, ignis, taxilli, quam stanghettam appellamus, vigiliæ, cedendi pueros cum ferula. Chart. lib. 4. c. 2. Vtinam qui noua tormenta præter funem, & ignem inuenerunt, iis idem eueniret, quod Perillo, qui rogatus à Phalaride Agrigentinorum Tiranno, vt nouum tormenti genus ad torquen-

torquendos reos cōminisceretur taurum æneū adinuenit, quo inclusi suppositis flammis perirent, & boum mugitus imitarentur, quam pœnam primus expertus est. Ouid. lib. 5. Tristium.

Ipse Perillero Phalaris permisit in ære,
Edere mugitus, & bouis ore queri.

Tormentum ignis periculosum est; & ipse alieno periculo didici Cum enim Senatus mādasset, vt quemdam Franciscum de Zanetis lene, acrius tamen patrem torquerem, meque lateret tormenti illius sæuitas, credens birruarium in eo genere torquendi esse peritum, subiici igni pedes d. patris iussi, quorum alter ita ex vi ignis læsus est, vt per multos menses in lecto debilitatus manserit; de quo sum magna affectus mœrore.

Rursus in hac ciuitate, cum in Castro arcis Iouis igne tortus fuisset Franciscus Donatus Patricius Papiensis, ambo pedes ita combusti sunt coram Illust. Hermosa Delegato per P.R. vt postea nullus eorum fuerit vsus, & super cathedra per vrbem deferretur; vtque potentissimum Regem ad tantæ crudelitatis excitaret pietatem, in Hispanias se deferre fecerit. Qualis vero illius itineris fructus fuerit, haud satis mihi compertum est. Auguror, quod, qui facit, quod non debet, recipit, quod debet. Si Iudices errant, non errat diuina potentia: Res sane miseratione digna. Adhuc ille inutiles habens pedes viuit, & illius est recens memoria. Taceo

illius

illius horribilis tormenti authores, penes quos, etsi adesset rectus animus iusdicendi, attamen præter eorum omnem opinionem illud accidit quod & ipsi miserati sunt.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

SVMMARIVM.

1 *Forma decreti interponendi, quando infertur tormentum ignis.*

2 *Conclusio examinis post illatum tormentum ignis.*

De forma decreti interponendi, quando infertur tormentum ignis.

Caput Nonum.

1 TVnc † Dominus visa,&c. stante,&c. attento etiam.&c. cum ipse C. tormento funis torqueri non posset, eo, quia esset brachio mancus, vel ruptus;&c. mandauit ipsum C. adduci ad locum tormentorum, ibique tormẽto ignis supponi, illoque tormentari.

Qui sic adductus ad præfatum tormentum ignis, fuit pluries per D. benignè monitus, ne expectet dicto tormento se cruciari.

Respondit,&c.

Tunc D. cum videret ipsum Constitutum nolle veritatem fateri, mandauit eundem dicto tormento ignis supponi.

Qui

Qui sic suppositus nudatis pedibus, illisque lardo porcino inũctis,& in cippis iuxta ignem validum retentis cum stetisset per vnum Credo in dicto tormento tacitus, cepit postea alta voce,vociferando dicere:Ohime,&c.

Et cum videretur magnum dolorem sentire.D.mandauit apponi tabulam ante pedes ipsius Constituti,animo.&c.

Qua sic apposita fuit idem C.per D.

Interrogatus,vt veritatem dicat,&c.

Respondit,&c.

Et tunc D. mandauit tabulam ante pedes dicti C. positam amoueri.

Qua sic amota idem C. clamando alta voce dicere cepit : Misericordia,misericordia ; che crudeltà è questa,&c.

Tunc D. mandauit iterum tabulam apponi ante pedes ipsius C.animo tamen,&c.

Qua sic apposita fuit idem C.iterum per D.

Interrogatus, & monitus,vt recedat à sua obstinatione,& veritatem fateatur.

Respondit : Io non posso dire quello che non hò fatto, voi mi fate torto, patienza.

2 † Tunc Dominus, cum videret ipsum Constitutum in negatiua persistere, & nolle aliud dicere, mandauit eundem à dicto tormento amoueri,& ad locum suum reponi animo,&c. cum stetisset in dicto tormento suppositus cõputatis etiam appositionibus tabulæ per spatium duorum Miserere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Forma decreti, quando infertur tormentum vigiliæ.*
2 *Conclusio examinis post illatum tormentum vigiliæ.*
3 *Quæ notari debent per Notarium, cum reus sic in tormento vigiliæ detinetur.*
4 *Tormenti vigiliæ qualitas describitur.*

De formula decreti interponendi, quando infertur tormentum vigiliæ.

Caput Decimum.

1 TVnc † Dominus visis,&c.cum tormento funis ipse Constitutus torqueri non posset, vel videretur tormentum funis paruipendere,vel attenta atrocitate criminis,cum iam torturæ suppositus nihil fassus fuisset, & indicia contra ipsum laborantia minus essent elisa, mandauit ipsum C adduci ad locum tormentorum, ibique spoliari, ligari, & in tormento vigiliæ poni.

Qui sic in dicto tormento natibus denudatis,brachiis post terga vinctis, ac vndique ligatus positus, fuit per D.benigne monitus ad veritatem fatendam.

Respondit,&c.

2 † Et cum stetisset in dicto tormento per spatium decem horarum, & aliud ab eo haberi non

non posset,D. mandauit ipsum C. de dicto tormento deponi,dissolui, eidem brachia reaptari,reuestiri,& ad locū suum reponi,animo,&c.

3 † Et nota, quod Notarius debet scribere diligenter omnia ea, quæ singula quaque hora reus sic in tormento positus dicit, & facit, videlicet.

Currente prima hora idem C.dixit, &c. vel fuit per D. interrogatus,&c.

Respondit,&c.

Currente secunda hora dictus C.nihil dixit. Et sic de singulis horis.

4 † Nota etiam ad euidentiam, quod tormentum vigiliæ est scamnum quoddam ligneum, altum à terra per septem, vel octo palmos incirca, tribus inhærens hastis, tāquam fulchris, non planum, sed paululum accliue, & in medio eleuatum conficiens angulum, sed obtusum,super quo angulo manet reus ano denudato. Dixi angulum obtusum, quia si esset acutus, vt quandoque vidi, posset tortum ipsū fractis, & foratis sibi interioribus partibus interimere. Ideo sis tu circa hoc bene cautus,& oculatus.

SVMMARIVM.

1 *Forma decreti,quando infertur tormentum taxillorum, siue stanghettæ.*

2 *Conclusio examinis post illatum tormentum prædictū.*

De

De formula Decreti interponendi quando infertur tormentum taxillorum.

Caput Vndecimum.

1 TVnc † visa pertinacia ipsius C. visis, &c. pro veritate habenda, cum aliter haberi non posset, & ipse C. tormento funis, eo quia esset manu sinistra carens, torqueri non posset: mandauit eundem C. duci ad locum tormentorum, ibique taxillorum tormento, quod stanghetta nuncupatur, supponi, & tormentari.

Qui sic adductus, antequam dicto tormento supponeretur, fuit pluries per Dominum benigne monitus ad veritatem dicendã; alias dicto tormento supponatur,

Respondit, &c.

Et cum veritatem fateri nollet, Dominus mandauit ipsum Constitutum dicto tormento supponi, & in eo tormentari.

Qui sic dicto tormento suppositus in terra prostratus talo pedis dexteri denudato inter duos ferreos taxillos concauos, posito, & custode carcerum eos stanghetta comprimente clamare cepit alta voce. Ohime &c.

Et cum in dicto tormento suppositus stetisset per spacium duorum Miserere, & aliud ab eo haberi non posset, D. mandauit eundem C. à dicto tormento amoueri, & ad locum suum reponi, animo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Forma decreti quando infertur tormentum sibilorum.*
2 *Conclusio examinis post dictum tormentum illatum.*

De formula Decreti interponendi quando infertur tormentum sibilorum.

Caput Duodecimum.

1 TVnc † D. visa pertinacia ipsius C. Visis, &c. pro veritate habenda, cum aliter ab eo haberi non posset, & ipse C. tormento funis ob minorem ætatem torqueri non valeret, mandauit eundem ad locum tormentorum adduci, ac tormento sibilorum supponi, & cruciari.

Qui sic adductus antequam sibila ad eius manus accommodarentur, fuit pluries per D. benigne monitus ad veritatem dicendã, quia alias dicto tormento cruciabitur.

Respondit, &c.

Et cum veritatem constanter nollet fateri, D. mandauit dictum C. eidem tormento supponi, & in eo tormentari.

Qui sic tormento suppositus, manibus ante iunctis, & inter binos earum singulos digitos sibilis accommodatis, & custode carcerum, illa funiculo currente fortiter comprimente clamare cepit alta voce, Ohime, &c.

2 † Cum-

2 † Cumque in dicto tormento sic suppositus stetisset per spaciū trium Pater noster, & aliud ab eo haberi non posset, D. mandauit eundem C. à dicto tormento amoueri, & ad locum suū reponi, animo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Forma Decreti, quando Iudex mandat pueros ferula cedi.*
2 *Conclusio examinis post tormentum predictū illatum.*
3 *Formas aliquas ponit auctor.*

De forma Decreti interponendi quando mandatur cedi ferula pueros.

Caput Decimumtertium.

1 TVnc † D. visa, &c. stantibus, &c. pro veritate habenda ab ipso Constituto; cum aliter ab eo haberi non posset, mandauit ipsum C. adduci ad locum tormentorum; ibique spoliari, & ad funem manibus ante faciem alligari ad effectū, vt ferula cedatur, cum ob eius miniorem ætatem torqueri non valeret.

Qui sic adductus, spoliatus, & manibus ad funem ante faciem alligatis, fuit pluries per D. benigne monitus ad veritatem fatendam, & quod non patiatur ferula cedi, prout cedetur, si in eius obstinatione perseuerabit.

 Ref-

Respondit, &c.

Tunc D. cum præfatus C. in eius obstinatione persisteret, mandauit ipsum per carcerum custodem ferula cędi,

Qui cum sic cęderetur clamare cepit, Ohime, ohime, &c.

Et pluries monitus, &c.

Respondit,&c.

2 † Tunc D. cum pluribus, & pluribus verberibus cęsus ipse C. nihil fateri vellet, & aliud ab eo haberi non posset, mandauit ipsum dissolui, reuestiri, & ad locum suum reponi, animo, &c. cum stetisset sic in dicto tormẽto suppositus per spacium trium Miserere.

3 † Supradictas tibi formulas ante oculos subieci, vt videre possis quomodo ad tormenta procedendum sit quando casus occurrerit.

SCHOLIA IN CAP. IX. X. XI. XII. XIII.

HAec omnia excepta sunt è Carthar. longo ordine, nec quid in hanc mensam habeo, quod afferam, nec habere cupio, sit satis molestiæ mihi ea legisse. Eiusmodi formularia sunt ad manus vniuscuiusq; Grapharii, & scribæ. Id tamen verè affirmare ausim, quod ad hoc munus Actuarii aspirare nemo deberet, qui non sit mediocriter saltem in his formulariis criminalibus eruditus, & exercitatus; nam his ignoratis, vt cætera ignorentur

tur necesse est. Nam cum hi sint, tamquam oculi officialium in eorum doctrina, circa ea, quæ ipsorum sunt propria, animus iudicis conquiescit. Fateor me dum ius dicerem plus ab eis didicisse, & profecisse, quam in euoluendis tractatibus criminalibus.

S V M M A R I V M.

1 *Si reus in tormentis deficiat, debet de hoc fieri mentio in ipso examine.*

2 *Et Notarius debet exprimere tam modum deficiendi, quàm depositionis à tormentis, item, & remediorum, quæ tali torto sic deficienti adhibentur.*

3 *Iudex non debet aspernari motus qui fiunt per reos in tormentis positos, ex quibus potest conijcere quod in illis deficiat.*

4 *Signa, quæ solent indicare tortum in tormentis deficere, & 5. 6.*

7 *Iudex quid facere debeat si reus ostendat signa deficiendi in tormentis.*

8 *Iudex debet esse circumspectus, vt ne sibi fiat impostura à reo, aut nè dum ei non credit illum morti tradat.*

9 *Iudex semper debet assistere dum reus manet in tormentis.*

10 *Iudex cuius culpa, vel negligentia reus moritur in tormentis, non excusatur à pœna extraordinaria pro modo culpæ.*

11 *Forma describendi modos, quibus reus tortus in tor-*

 men-

mentis deficit, vel deficere videtur.

12 *Index potest accersiri facere Medicos ad effectum, vt videant reos deficientes, & referant nunquid desistendum sit à tormentis, an verò in illis progrediendum vlterius.*

13 *Forma adhibendi tales Medicos, & alios peritos.*

14 *Forma relationis Medici.*

15 *Conclusio examinis.*

Quid faciendum si reus in tormentis deficiat.

Caput Decimumquartum.

1 SI. † Reus in tormentis defecerit, prout nō
rarò accidit, erit de hoc pariter facienda
mentio, prout de aliis omnibus actibus, vt
2 superius tibi dixi, aduertendo, † vt Notarius
exprimat tam modum deficiendi, quam depositionis de tormentis, aspersionis aquæ, vel aceti in faciem torti, qui deficit, vel aliorum remediorum adhibitorum, motuum denique omnium eiusdem, Glar. quæst.64. vers. Iudex
3 autem: †. Et quemadmodum aspernari non debes, & pro nihilo habere motus, qui fiunt per ipsos reos, dum pendent in tormentis, ex quibus coniecturari potest, quod illa ferre non
4 valeant, & quod in eis deficiunt, † vt puta si spumas ex ore emittant, si pallescant nimis, si in sudorem vertantur nimium: si loqui non
5 possint, & similia: † ita pariter non debes

nimis

nimis credulus esse, & timidus, si prædicta signa videris, vt statim mandes reum de tor-
6 mentis deponi; † etenim (vt superius te admonui) plerunque illa per reos malitiosè fiunt, vt sic Iudices inducant ad desistendum à tormentis vlterius inferendis.

7 † Ideò poteris vehementius tunc, & crebrius vrgere reum ad respondendum, quassari facere funem, eius nares, vel sulphure, vel charta, vel petiis lineis, aut alijs similibus accensis suffumicare, vt dignoscere possis, an re vera reus tortus defecerit, an verò defecisse dissimulet: quod & faciendum est vbi reus dormiat, vel dormire fingat: his enim artibus pluries malitiosorū reorum artes deteguntur, & eliduntur, prout ego pluries expertus sum,
8 & euentum comprobatum vidi. † Fac igitur vt sis bene oculatus cauēdo, ne, aut tibi nimis credulo fiat impostura, aut dum nimis durus existis reos tortos neci tradas. Boss. in tit. de tortur. n. 34. Clar. q. 64. vers. Iudex autem.

9 † Præcipuè autem te moneo, vt semper dum reus est in tormentis præsens illi adsis, nec
10 vnquam illius curam alteri committas: † quoniam, si quid mali acciderit, nequaquam excusaberis ex eo, quod præsens non fueris, à pœna saltem extraordinaria pro modo culpæ, Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. cas. 340. n. 13. vers. in dubio, & omninò teneberis in stricto Dei omnipotentis iudicio, coram quo om-

 nium

nium factorum nostrorum nobis ratio erit reddenda.

Forma autem erit huiusmodi, videlicet,

11 † Et cum dictus C. videretur in tormentis deficere,&c. D. mandauit ipsum leuiter de tortura deponi,& super sede lignea accõmodari.

Qui sic depositus, & super dicta sede lignea accommodatus, cum licet pluries interrogatus, commotus, & quassatus responsum non daret, nec ad animum rediret, imò semimortui imaginem præseferret,D. mandauit in eius faciem aquam frigidam guttatim inspergi, vel eius fronte,& tempora,& nares,& guttur aqua rosacea madefieri, vel nares ipsius sulphure, aut petiis lineis accensis suffumigari,&c.

Quibus peractis, præfatus C. in se rediens fuit per D. interrogatus, &c.

Et si videbitur tibi ex aliqua causa in tortura vlterius procedendũ, & falsa subesse signa, & causas, mandabis ipsum C.denuo in torturam eleuari hoc modo, videlicet.

Tunc D.cum videret dictum C.nullo morbo grauari, sed ipsum commentitias causas, & signa ad torturam euitandam excogitare, & confingere, mandauit eundem in funem denuo eleuari.

12 † Posses etiã ad maiorem cautelam accersiri facere aliquem Medicum; per quem dictum tortum videri faceres: & si ille referret non esse periculũ, & posse procedi ad vlteriorem

rem torturam, ad illam animoſè progredi poteris hoc modo, videlicet.

13 † Tunc Dominus mandauit vocari N. Phyſicū in carcerem ad effectum inſpici faciendi d. Conſtitutum an quid verè aliquo accidente laboret, quominus vlterius torqueri valeat.

14 † Qui N. vocatus delato ſibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. iurauit, ac ſibi per D. mandato, vt præſentem C. bene inſpiciat, & an vlterius in tortura ſine periculo procedi poſſit, referat: dictoque C. per ipſum N. bene viſo, & inſpecto, eiuſque pulſibus, fronte, & pectore manu pertentatis, ad opportunas D. interrogationes.

Reſpondit, &c.

15 Tunc D. viſis, & auditis prædictis, mandauit ipſum C. denuo in funem eleuari, &c. vel disligari, &c. & ad locum ſuum reponi, &c. cum ſtetiſſet, &c. proſequendo, vt alias ſuperius oſtendi.

SCHOLIA IN CAP. XIV.

SI ſingula ſunt minutatim ſcribēda, vt ſcripſi, ergo qui totum dicit, nihil excludit, & in hoc generali ſermone omnia continentur reo inter tormenta, & extra tormenta accidentia, qualia pallor, tremor, titubatio, ſilentium, incōpoſita reſponſio ſeu obſcura: ergo etiam eodē modo, ſi reus in tormentis deficiat, quærunt

noſtri

nostri bene remedia ad eum expergiscendum. Quorsum ergo opus hac longa orationis textura, cur multis fere inutilibus prægrauare lectorem? Quam laudandi sunt, qui paucis multa complectuntur. Itaut his regulis innixi, perraro in expediendis negotiis errare possent. Hoc prolixitatis vitium semper adeo detestatus sum, vt horum elucubrationes, quæ late serpunt, vix oculis subijcere possim.

Num. 5. verſ. Ita pariter.

ID mihi accidit, dum torquerem quendam sceleſtũ ætatis annorũ 17. ille .n. ad summũ eculei eleuatus responsum mihi percunctanti non dabat, vt statim cœperim cogitare, num silentium illud mortis esset nuntius in ea adolescentuli ætate. Cæterum me signo Crucis muniui, audentiorque factus, qui omnia ad Deum referrem, cœpi dicere contra tortorem, vt sæuius cum eo ageret in inferenda tortura; tunc ille cœpit dicere: Ah traditore, tu mi vuoi dunque assassinare, rogauitq; me, vt deponi facerem, & inter tormenta cœpit proferre nonnulla delicta. Mox depositus, & per sex horas continuas examinatus, noua semper propalauit scelera, quæ animus horrescit referre; ex quibus Senatus censuit eum ad triremes per decennium transmittendum ob minorem ætatem. (Nam propterea pœna remittitur ordinaria) in quibus etiãnum reperitur. Id igitur est, quod hoc in loco docet author, deductum ex

C laro

Claro §.fin.q.64.verſ.Iudex autem;monente Iudices, vt caueant ab exceſſu torturæ, ne teneantur in ſyndicatu,ſi rei interirent. Quod ſi euenerit citra culpam tuam,nulli pœnæ es obnoxius. Id autē quomodo liqueat, docet Clar. §. fin .q. 64. quòd Notarius deſcribat tempus torturæ, & quantitatem, & reliqua eiuſmodi. Prudens ergo Iudex huic torturæ interueniat, vt hic num.9.& per Farinac.q.37.tit.de num.145. Nec actum tam præiudicialem alicui committat, quia in hoc dicitur electa induſtria ſua, quæ delegari non poteſt, aut per alium expediri,vulg.reg. Negotium hoc arduū te deſiderat totum. Cauendumque eſt,vt seriò non per iocum in tormentis reum examines, alioquin iuſtitia fit contemptibilis, tormenta viléſcunt.

Quid ſi torqueat ex mādato Principis, Farinac.q.36.num.74.& ſeq.

Quomodo probetur tortura Maſcard. de probatio concluſ.1386.

Iudici indebite torquenti reſiſti poteſt, Farinac.d.q.37.num.117.

Punitur etiam, quod ipſe reus delictum fateatur,ibidem num.115.

Idem etiam,ſi indebite repetat ibid. nu.113.

Quid ſi indebite tortus occidat Iudicem torquentem,ibid.nu.118.

Quid ſi tortus fuerit aliquo membro debilitatus, ibid.nu.124.

Quo-

Quomodo probetur excessus in tortura, vid. per 10. conclus. ibid. nu. 135.

Quid si tortus fateatur se legitime tortum, ibid. nu. 149.

Quid si non torquet torquendum, ibidem num. 148.

Quid si post torturam recusat sumere medicinas, ibidem, nu. 139.

Iudices pro mimis, & hystrionibus habentur, cum non seruant Magistratus maiestatem. Retinenda est dignitas, magnam sustinēs personā, cuius præsentiam scelesti, si non perhorrescūt, non satis Iustitiæ consultum videtur.

Indicta est pœna mortis Iudicibus indebite aliquem torquentibus. Marsil. in prax. crim. §. expedita n. 87. atque alij cumul. per Farinac. tit. de carcerib. q. 27. nu. 19. lib. 1. quando tamen hoc locum habeat, insignis est declaratio Præsid. Menoch. tract. de arbitrar. iudi. cas. 240. vbi qua pœna sit puniendus Iudex, qui reum indebite quæstionibus subijcit, vel in torquendo modum excedit.

Num. 13

PEriti isti an iurare teneantur. Dic teneri iurare de credulitate, quia certam notitiam habere non possunt: late Mascardus de probation. conclus. 1169. nu. 48. & seq. & ibi diffuse horum materia examinatur.

SVN-

SVMMARIVM.

1 *Forma ratificationis recipiendæ.*
2 *Conclusio examinis, in quo accepta fuit ratificatio prædicta.*
3 *Reo confesso, qui ratificauit, est assignandus terminus ad dicendum contra confessionem.*
4 *Reus potest deducere, & probare contra propriam confessionem.*
5 *Immo potest illam reuocare probando erroneam esse.*
6 *Terminus reo confesso, qui ratificauit, assignari debet etiam non petenti.*
7 *Iudex post acceptam ratificationem potest torquere reum super socijs, complicibus, & alijs delictis.*
8 *Et tunc non debet assignare terminum statim post acceptam ratificationem, sed prius vlterius progredi.*
9 *Forma torquendi reum super alijs delictis, socijs, complicibus, &c. remissiuè.*
10 *Reus, qui tortus super alijs, &c. alia delicta fassus fuit, debet illa pariter ratificare.*

De modo seruãdo in recipiẽdis ratificationibus.

Caput Decimumquintum.

1 RESTAT modo, vt ratificationum recipiendarum formulam supponam. Dixi enim tibi superius, quod reus confessus in tortura debet postero die reduci coram Iudice ad effe-

ctum,

ctũ, vt ratificet ea, quæ in tormentis fassus fuit.

Dixi sup. eo. lib. cap. 5.

Talis autem erit formula, videlicet.

Constitutus personaliter, &c. coram, &c. in tali loco, &c. qui delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. iurauit, fuit per D.

Interrogatus an vltra ea, quæ superius dixit in aliis suis cõstitutis, & presertim ea, que fassus fuit in examine hesterno, occurrat sibi aliquid aliud ex seipso dicere, & quid.

Respondit, &c.

Interrogatus, an ea omnia, quæ hesterna die in tormentis fassus fuit, vera fuerint, & sint ea, quæ pro veritate dixerit, & fassus fuerit.

Respondit, &c.

Interrogatus, an sit paratus, & velit modo extra tormẽta ea omnia approbare, et ratificare.

Respondit, &c.

Interrogatus, vt modo summatim, & in substantia recenseat omnia ea, quæ fassus fuit in dicto suo examine hesterna die, facto in tormentis.

Repõdit: *Io confessai hieri la verità*, &c.

Et lecto sibi per me, etc. de mandato D. dicto eius examine de verbo ad verbum, prout iacet, ad claram ipsius C. intelligentiam, eoq; per ipsum bene audito, et intellecto, vt asseruit, fuit per D. et.

Vel sic.

Tunc Dominus mandauit mihi Notario, vt

ad

ad clarã ipsiusConstituti intelligentiam sibi legerem dictum eius examen de verbo ad verbum, prout iacet, vel in ea parte incipiendo ibi, Signore la verità è questa, vsque ibi: Me vi racommando per l'amore di Dio.

Quo lecto, & per ipsum C. bene audito, & intellecto, vt asseruit; fuit per D.

Interrogatus, an prædicta, quæ sibi modo legi audiuit, fuerint à se dicta, & deposita modo & forma, prout iacent in dicto examine.

Respondit. &c.

Interrogatus, an prædictis velit addere, vel demere, an vero potius intendat ea omnia ratificare, & approbare, & an cum effectu prædicta omnia tanquam vera, & à se pro veritate dicta, & confessata approbet, & ratificet.

Respondit, &c.

Et tunc Dominus acceptatis, &c.

Vel sic, post interrogatorium interrogatus, an sit paratus, &c. omissis alijs sequere, vt infra, videlicet.

Et lecto sibi per me de mandato D. eius examine hesterna die sibi facto, ac omnibus in eo contentis de verbo ad verbum, prout iacẽt, ad claram ipsius C. intelligentiam, et per ipsum bene audito, et intellecto, ac bene auditis, et intellectis, vt asseruit, fuit per D.

Interrogatus, an prædicta, quæ modo sibi legi audiuit, sint illa eadem, quæ ipse C. in suo examine hesterno fassus fuit, et quæ modo dixit

xit se pro veritate dixisse, et falsum fuisse.

Respondit, etc.

Interrogatus, an prædictis intendat, et velit addere, vel detrahere.

Respondit, etc.

Et D. dicente, et ipsum C. monente, vt bene aduertat, an aliquid in dicto examine fuerit per ipsum C. dictum, quod verum non sit vel aliquid tacitum, et omissum, quod verum sit, et illud addat, vel corrigat pro veritate: et si veritatem fassus fuit, non dubitet illam ad præsens ratificare: si vero illam minime dixit, non terreatur metu tormentorum, quominus illa improbet, quæ vera non sint; præsertim si aliquē indebitè nominauit, considerans, quòd de eius salute tractatur, licet non sit vnquam desperandum de gratia Principis.

Respondit: Faccia Dio; tutto quello, che hò detto, è vero, e lo confermo, nè voglio aggiungerui, ò leuarne cosa alcuna.

Interrogatus, an ergo prędicta approbet, et ratificet in omnibus, et per omnia prout iacet.

Respondit: Signor sì, che io, etc.

2 † Tunc D. sedens, etc. acceptatis, etc. examen dimisit, et mandauit ipsum C. poni ad largam, copiamque dictæ suæ confessionis, et constitutorum volenti decreuit cum termino trium dierum ad faciendum suas defensiones, Marsil. in sua pract. §. quoniam. num. 1. Maran. in suo spec. 6. par. in 14. actu. n. 15. omni meliori modo.

3 † Iste

3 † Iste terminus trium dierum potest assignari etiam breuior, Clar. q.64.vers. sin autem,sed tamen dandus est omninò aliquis terminus ad
4 dicendum contra dictam defensionem,† quia contra propriam confessionē potest reus multa deducere,& probare,Clar.qu.55.per totam.
5 † imò potest etiam illam reuocare probando erroneam esse,& esset absoluendus. Clar. d.qu.
6 55.vers.sed pone.† Et licet reo confesso terminus prædictus non poterat dari, dari tamen debet, Clar. quæst. 65. vers. 1. in fin. & qu. 49.vers. sed nunquid,& versic.est igitur. Aliæ verò clausulæ, de quibus superius mentionem fecimus,vbi tractatū est de publicatione processus; nequaquam necessariæ sunt in dicto decreto, Clar. quæst. 61. vers. sed quæro, & Chart. in sua pract. interrog. reo in fin.
7 † Recepta ratificatione solet etiam quandoque torqueri reus,vt alia delicta fateatur,complices, fautores, & receptatores propalet: vel
8 aliàs alia de causa, † & tunc non interponitur decretum prædictum statim post ratificationē acceptam, sed vlterius interrogatur reus hoc vel simili modo videlicet,
9 † Interrogatus, vt modo pro vlteriori veritate dicat an aliquos alios habuerit complices, & fautores ad delicta prædicta committenda, & an aliqua alia delicta vltra prædicta iam fassa perpetrauerit. Respondit,&c.

Verum quia de hoc plenè tractatum habebis

bis inferius, vbi de recognitione banniti tractabimus infra lib.6. cap.4.& ibi etiam formulas apposui, ideo hic omitto formam tradere, ne pluries eadem videar inculcare.

10 † Si reus sic super alijs tortus alia fatebitur delicta, debebunt illa pariter per eundem ratificari sequenti die iuxta formã superius positam. Si verò aliquid aliud ab eo habere non potueris, tunc eundem de tormentis deponi, disligari, & ad largam poni mandabis cum decreto superius annotato.

SCHOLIA IN CAP. XV.

Circa ratificationem aliqua supra attigimus. Cæterum ratificatio nil aliud est, quam perseuerantia.

Ratificatio hæc (vt supra dixi) non est necessaria in sponte confitente delictum, Clar.§.fin. q.63.vers.sed quæro, sed statim, vt quis confessus est, debet condemnari. In tormentis verò vel metu tormentorum extorta debet ratificari, vt per eundem in q.64.vers.cæterũ si reus. Ego tamen nescio quomodo Notarius possit dicere, reum sponte confessum. Vide super hoc puncto Fr. Casoni.tit.de torment cap.18. tit. de confess. sponte, & de error. iudi. nu. 3. inter tractatus Tomo 11. par. 1. Modum, & formulam ratificandi refert Carthar. de interrog. rei: lib.4. cap.1.num. 23. in clausula, ex

tunc.

tunc. D. acceptatis, de qua etiam author hic nu.2. verſ.tunc D.

Num. 3. Iſte terminus .

POſt ratificationem hoc decretum neceſſarium eſt, ſcilicet, quod ſtatuatur breuis terminus ad facien. defenſiones, vt ſupra viſum eſt, & hæc eſt cōmunis obſeruantia, aliter quis non poſſet condemnari, tamquam indefenſus, & multæ ſunt defenſiones præſertim erroris poſt confeſſionem, late Cartha.d. pract. lib.4.c.1.n.24.verſ.quod quidem decretum.

Ratificatio dictorum in tormentis perſeuerata,& iurata excludit omnem dubitationem. Amed. de ſindicat.in verb. ratificatio nu.1. & tollit omnem facultatem in termino defenſorio opponendi de ineptitudine proceſſus, ac quod ſententia executioni mittatur. De ratificanda confeſſione habes apud Fr.Caſon. de torment. cap.21. & de eius formula apud Foller. in prax. crim. dialog. in verb. & ſi confitebuntur, nu.63. & ex hoc.

Ratificatio an ſit neceſſaria, quando tortura fuit leuis, vid. apud eundē eo in loco nu.83. An ſit neceſſaria,& an differatur, quando adduceretur à confeſſo error aliquis, Foller.ibidē num.84. Clar. §.fin.q.55.in fin. vbi ſecundum practicam nouam dicit, quod nunquam admittitur reuocatio niſi probato errore.

Ratificatio non operatur ſi confeſſio ſit extorta per tormenta nullis præcedentibus indi-

tijs legitimè, etiam quod illa confeſſio millies ſit ratificata. Honded. conſ. 108. nu. 33. 34. vbi infinitos cumulat. Bertaz. crim. conſ. 340. in fi. Rimin. iun. inter crim. conſ. 69. nu. 1. & conſ. ſeq. nu. 42 lib. 2.

Ratificatio confeſſionis qualificatæ an operetur quod confeſſus condemnetur reiecta cõditione, vel qualitate: quæſtio hæc habet facilem reſolutionem, nam ratificatio tãtum purgat metum, non autem aliquid de nouo inducit; quamobrem ex tali confeſſione, quia ordinaria pœna mortis condemnari non poteſt, quod eſt multum ſingulare, & in ſolemni cultu iuxta Decia. plures citan. conſ. 60. nu. 37. lib. 3. Clar. §. fin q. 55. verſ. fortè poſſet.

Ratificatio nulla ex defectu cõfeſſionis, puta ſecutæ non præceden. inditijs, non conualeſcit ſuperuenientibus inditiis, Clar. q. 55. verſ. ſi verò, in fin. & n. 64. verſ. dixi etiam.

Quid ſi quis eo tẽpore quo adducitur reus ad bancum pro ratificatione, adiicit ratificationi alia delicta, de quibus non interrogetur, & quorum nulla indicia præcedunt, an ex ea ſpontanea confeſſione pro illis delictis poſſit condemnari, pro quibus non cadit ratificatio, quia nihil eſset ratificabile.

Ex ſola fama tortus, & confeſsus delictum, ratificatione ſecuta, an poſſit condemnari, eſt pulcherrima quæſtio examinata per Farinac. q. 47. n. 10. verſ. amplia. tit. de indic. & tortur.

Rati-

Ratificatio non obest, vbi confessio sit inuerisimilis: ideo nõ sufficit ad condemnan. Boss. de confess. n. 46. Mascard. conclus. 384. nu. 5.

Eodem modo, si ratificetur confessio contraria euidentiæ facti Mascard. ibi num. 6.

Denique ne te diutius remorer, forma conclusionem, & dic quod vbi confessio est nulla multis variisq; modis à iure proditis, ita & ratificatio, quia non datur qualitas absq; subiecto, accidens absque substantia, & sicut reseruatio nil operatur non existente subiecto reseruabili, ita nec ratificatio.

Num. 7. Recepta.

VTrum secuta ratificatione possit quis interrogari de sociis, & complicibus, vid. Clar. qu. 21. vers. dictum sociis, et de aliis delictis, quorum non extant indicia, supra visum est, vid. Clar. §. fin. q. 64. vers. successiuè quęro. Carth. de interrog. rei. lib. 4. cap. 1. num. 84. Mediolani inualuit obseruantia, vt confessus crimen interrogari non possit de aliis, quorum nulla adsunt indicia, excepto crimine furti, assassinii, sfrosationis, annonæ, vel salis, vel si esset bannitus, et condemnatus. Quibus casibus, si executioni demandanda sit condemnatio, solet torqueri tam super aliis delictis in genere, quam super complicibus, sociis, et receptatoribus, Farin. tit. de indic. q. 37. nu. 166. de quo infra c. 1. lib. 6.

Aduerte tamen, quod huiusmodi tortura,

ſuper alijs, et ſuper ſociis debet eſse moderata, et male faciunt, qui cum condemnato vtuntur omni tormentorum crudelitate, et tanquam cum cadauere agunt. Farinac. d.tit. de indic. q.37. nu.173. et 175.

Finis Libri Quarti.

LIBER V.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo contra reum contumacem procedendum ſit.*
2 *Contra contumacem ſi extent legitima indicia monitorium, ſeu inquiſitio formari debet.*
3 *Citatio ad ſe excuſandum à delictis in Monitorio, ſeu inquiſitione intentatis cum eorũ inſertione reo tranſmittenda eſt.*
4 *Reus contumax ſeruatis ſeruandis condemnari poteſt.*
5 *Legitima indicia extare debent, vt monitorium, ſeu inquiſitio tranſmitti poſſit.*
6 *Legitima indicia qualia eſſe debent hoc caſu.*
7 *Opinio vehemens contra aliquem ex probabilibus argumentis reſultans ſufficit ad tranſmittendum Monitorium, ſiue inquiſitionem.*
8 *Indicia debent coadiuuari.*
9 *Fuga ante inquiſitionem qualiter probetur.*
10 *Fuga iunctis alijs indicijs eſt ſufficiens ad tranſmittendum inquiſitionem.*

11 *Iudex*

11 *Iudex cuncta rimari debet, & rerum ordinem plena inquisitione discutere.*

12 *Vita hominis nihil est carius.*

13 *Dignitas vitæ æquiparatur.*

14 *Diuitiæ sunt secundus sanguis hominis.*

15 *Contumaces condemnati possunt impunè offendi.*

16 *Iudex qui innocentem damnat, vnde postea occiditur, non excusatur à grauissima pœna.*

17 *Monitorium, siue citatio cum inquisitione debet legitimè exequi, alias omnia, quæ sequentur, essent ipso iure nulla.*

18 *Citationes omnes legitimè exequi debent, quia defectus citationis annullat omnes actus desuper factos.*

19 *Monitorium, seu inquisitio qualiter exequi debeat, vt dicatur legitimè facta exequutio.*

20 *Domi reus citari potest, & de qua domo intelligendum sit.*

21 *In exequendis Monitorijs, inquisitionibus, & citationibus attendi debet stylus, & consuetudo locorum, illisq; inhærendum est.*

22 *Ante inquisitionem de corpore delicti constare debet.*

23 *In Monitorio, quod secundum stylum Vrbis formatur, quæ solemnitates requiruntur.*

24 *Executo Monitorio fit relatio executionis, seruantur termini, & deinde reus contumax condemnatur.*

25 *Extra Romanam Curiam non fiunt monitoria, sed inquisitiones.*

26 *Inquisitiones, quas solemnitates habere debeant.*

27 *Inquisitiones scribuntur in libris actorum Curiæ.*

28 *Inquisitionum tenores inseruntur in citatione pri-*

 ma,

ma, quæ reo contumaci transmittitur.
29 *Citatio cum insertione inquisitionis qualiter concipi debeat.*
30 *Condemnationem contumacis, quæ præcedere debeant.*
31 *Formæ variantur secundum varias variarum Curiarum consuetudines. & practicas.*
32 *Consuetudo, & practica locorum obseruanda est.*

De modo procedendi in contumaciam contra delinquentem.

Caput Primum.

HActenus disseruimus quomodo formandus sit processus contra reum captum, et in fortiis Curię detentũ;
1 †videamus modo quomodo cõtra cõtumacẽ procedendũ sit. Et bre-
2 uiter dico;† quod si delinquens capi nõ potuerit, tunc cõsiderare debebis, an legitima fuerint cõtra ipsum indicia ex processu desuper fabricato acquisita: & si sic, tunc contra eundẽ mo-
3 nitorium, seu inquisitionem formabis, † eiusq; copiã cũ citatione ad se excusandũ à delictis in dicta inquisitione, seu monitorio intentatis iuxta formas inferius traditas ipsi reo contu-
4 maci transmittes. † Et si infra terminum ibi assignatum, ille sic citatus non comparuerit, tunc seruatis seruãdis contra eundem ad Sententiam condemnatoriam deuenire poteris.

Clar.

5 Clar. q.31. in princ. †Dixi legitima inditia, quia
non quælibet inditia sufficere debent ad tran-
smittendam inquisitionem, sed tantummodo
illa, quæ legitima sunt. Char. de execut. Senten.
cap. fi. nu. 59. & 139.
6 † Intelligo autem legitima hoc casu, non (pro-
ut aliqui intelligunt) ea tantum, quæ sunt suf-
ficientia ad torturam. Natt. consil. 594. nu. 14.
volum. 3. sed etiam ea, quæ non sunt adeo gra-
uia, legitima tamen, & à iure approbata. Char.
d. c. fi. nu. 139. quod erit arbitrio Iudicis relin-
quendum. Conrad. in pract. in tit. de inquisit. n.
7 33. † & voluerunt nonnulli sufficere vehemen-
tem opinionem, contra aliquem ex probabili-
bus argumentis resultantem. Clar. quæst. 20.
versic. ad formandum: ibi nihilominus. Bene
8 verum est, † quod si indicia sint debilia, debe-
9 bunt aliquo modo coadiuuari. † Ideo solet
prius citari reus ad informandam curiam sub
aliqua pœna pecuniaria, & comparens requi-
ri, & (si videbitur) deinde mulctari: deque his
omnibus apud acta mentio fieri debebit, ante-
quam ad transmissionem Monitorij proceda-
tur; quia tunc reo sic citato non comparente
dicetur constare de eius fuga ante inquisitio-
10 onem, † quæ fuga iunctis aliis præexistentibus in-
dicijs, sufficit postea ad transmittendum inqui-
sitionem prædictam. Clar. d. q. 10 versic. ad for-
mandũ, in fin. & hæc est bona practica, & ita vi-
11 di obseruari à doctissimis viris. † Et merito qui-
dem

dem circa prædicta est ordo rerum plena inquisitione discutiendus,& cuncta sunt diligentissime rimanda,& consideranda. Rol.cons.51. nu.1.lib.1. cum plerumque agatur de vita ho-
12minis,†quia nihil est carius. Vasq. controuers.
13Illust.lib.1.cap.18.nu.9.vel de dignitate, † quæ vitæ æquiparatur. Barba.cons.71.col.4.volu.2.
14vel demum de fortunis, † quæ sunt secundus sanguis hominis.Ias.in l.nequicquam.§.vbi decretum.n.2.in fi.ff.de offic.procons.& lega. Et
15tu scis, † quod tales sic capitaliter condemnati vigore constitutionum Summorum Pontificum,impunè possunt occidi.Sixtus V.post alios in constitut.5.contra homicidas,&c.

16 † Quare si quis innocens damnatus interficeretur,nescio quomodo tu, qui eũ damnares à grauissima pœna excusari posses. Vasq. vbi sup.d.c.18 nu.26.Circa transmissionem autem monitorii, seu inquisitionis, illud maximè ad-
17uertere debueris, † vt legitimè exequatur,quia si minus legitimè exequeretur,processus,& Sẽtentia, & omnia, quæ inde sequerentur, essent ipso iure nulla. Clar.q.31.in princ.

18 † Et idem obseruare debueris in omnibus citationibus, quia defectus citationis reddit nullos omnes actus deinde factos. Clar.quæst. 31.vers.1.& seq.

19 †Nec tamen necessarium est (prout aliqui voluerunt) quod inquisitio prædicta personaliter intimetur,ad hoc, vt possit quis tanquam

con-

contumax condemnari, sed sufficit, si ad domum intimetur dimissa copia dictæ inquisitionis, & ita obseruat stylus, & consuetudo omnium Curiarum. Clar.d.q.31.vers.dictum est,
20 & vers.seq. †Intellige autem de domo, in qua ipse reus inhabitare, & sedem habere consueuerat. Clar. d.q.31. & d.vers.dictum est; ibi. &
21 quod talis, &c. †Quia tamen omnes loci habẽt vel statuta, vel proprios stylos, & consuetudines circa prædicta, illis erit inhęrendum, nec aliquo modo erit ab eis recedendum. Clar.d.
22 q.31.vers.quæro modo.† Debet etiam constastare de corpore delicti, alias enim si de eo non prius constaret, non posset aliquid postea fieri, & si fieret, esset omnino nullum, & inualidum.
23 Clar.q.4. †In monitorio, quod formari solet secundum stylum Romanæ Curiæ in Vrbe apponi debet nomen, & officium Iudicis inquirentis, nomen inquisiti, terminus, qui datur ad comparendum, pœna, sub qua inquisitus citatur, tota series delicti, quod intentatur cũ annotatione temporum, & locorum. Nisi sint delicta, quæ habeant tractum successiuum. Dec.cons.18.nu.72. & seq.lib.1. & aliarum circumstantiarum, iuxta quod constat in processu informatiuo. Chart.de exec.Sent.in præf.num. 115. & in c. fin. num. 149. Item modus exequendi, comminatio procedendi ad vlteriora si reus non compareat, tempus, locus, in quo formatur, subscriptio denique ipsius Iudicis.

Habes

Habes per Clar. q.31.per tot.et per Foller. in sua pract.in verbo, vel eos verbaliter citari fa-
24 ciat per tot. † Cum autem fuerit exequutum, fit relatio executionis prædictæ per nuncium apud acta Curiæ. Foller.in dict.pract.in verbo, fiat relatio nuncij, & deinde expectatur, quòd transeat tempus assignatum ad comparendũ, quo lapso formãtur aliæ citationes,ad docendũ paruisse monitorio pœnali contra reum formato,executo,et in actis reproducto, et dicendum contra, ac demum citatur reus ad Sententiam.

25 † Extra vero Romanam Curiã,et,vt aiunt in partibus,non fiunt monitoria,sed inquisitio-
26 nes iuxta superius positam formam:†quæ quidem inquisitiones pariter continere debent nomen Iudicis inquirentis, et eius officium, nomen inquisiti,et totam seriem delicti, vt supra dictum est, tempus, et locum, in quo formatur, et subscriptionem Iudicis inquirentis. Clar.d.q.31.vers.per D.et foller. d.verbo, vel
27 eos verbaliter citari faciat.nu 4. †& huiusmodi inquisitiones scribuntur in libro actorum Cu-
28 riæ,†& deinde earum tenores inseruntur in Citatione,quæ fit de mandato Iudicis tali inquisito contumaci, dimissa earumdem copia domi,vel personaliter,aut alias,prout fieri potuit,
29 secundum consuetudinem loci, † quatenus infra certum terminum comparere debeat, ad respondendum dictæ inquisitioni cum commina-

minatione, quòd alias ipso non comparente ad vlteriora procedetur. Foller. in dicta sua pract. in verbo, vel eos verbaliter, &c. num. 3. & seq.
30 † Et si talis sic citatus non compareat, si est stylus, quòd alia citatio similis trāsmittatur, absq; tamen insertione inquisitionis illa transmittitur, postea reus in banno ponitur; ac deinde fit eidem intimatio, qualiter fuit in banno positus, nisi infra certum terminum comparuerit. Foller. in d. pract. in verbo Banniatur, & demum, si adhuc in contumacia persistat, citatur ad sententiam. Hæc citatio non est necessaria secundū aliquos, vt habes inferius, vers. posui formam pro certa die, & postea quandocumq; singulis diebus, & horis, & fertur Sententia cō-
31 demnatoria contra ipsum. † Vt autem facilius prædictas percipias formas, inferius apponam, quas tamen variare debueris secundum varias variarum Curiarum consuetudines, & practi-
32 cas, † à quibus nullo modo, vt superius dixi, licet recedere. Clar. q. 31 vers. dictum est, & vers. quæro modo. Chart. de exec. Sent. cap. fin. nu. 154. 158. & 187. cum seq. Et primò formam Monitorij, & illius executionis iuxta stylum Romanæ Curiæ in sequēti capite tibi supponā.

SCHOLIA IN CAP. I.

MOnitoriū, cuius apud nos nulla fit mētio cum solus eius vsus sit in Vrbe, succe- dit

dit loco inquisitionis, atque iisdem ferme regulis innititur, vt videre est ex hoc capite, & sequenti. Ideo dispositum de vno, censetur quoque dispositum de alio, cum promiscue motione, & inquisitione vtamur.

Qualia inditia requirantur, differit Farinac. quæst. 1. nu. 45. vbi quinque opiniones recenset, & tandem residet in hac, quod hoc committatur Iudicis arbitrio, quod debet esse regulatum à iure, & author hic nu, 5.6.

Secundo sequitur ex hoc præmissorio, quod si nulla præcedunt inditia, monitorium transmitti non potest, vt author n.3. probat. Vnde si monitorium est iniustum, & sine causa, puta nulla præcedente suspitione contra reum non ligat, quia vbi non est suspitio aliqua probabilis, non debet cogi quis ad se subijciendum examini, quia probationes de domo rei non sunt assumendæ. Bossi. conciuis meus in titu. quomodo procedatur per præcepta num, 9. 10. 11 vbi docet practicam formandi monitoria. Cæterum hæc monitoria, quæ fiunt sub pœna pecuniaria, sunt vtiliora Fisco, quam bonorum confiscatio, vt dicit Farinac. tit. de delictis. qu. 18. nu. 45. vers. limita. 6.

Senatus, qui oculatissimus est, his vtitur, quando alicuius fama grauata est: nam primò mandat citari sub pœna pecuniaria, mox secuta mulcta, sub pœna vitæ, & confiscationis bonorum: ita factum est contra Com. Hypolitum

May-

Maynum damnatū primo in ſcutis bis mille erga Reg.Cam. poſtea in pœnā vitę, & confiſcationis.& anno præterito citati fuerunt multi ex patritijs noſtris, inter quos Egreg. Co.Marcus Ant Areſinus, Ferrandus Nouatus, Com. Fran.Abdua, M.Ant.Gallina ſub pœna ſcutorum x.mille, quæ præcepta fuerunt terribilia, aliqui paſſi fuerunt contumacialem mulctam, metuentes illud Dauidicum, Domine ne in furore tuo. Alij ſe conſignarunt, & tandem dimiſſi ſunt. Hæc præcepta intimata fuere ſub regimine Illuſt.& Excell.Comitis ſtab. & locū tenentis Regij in hac inclyta Ciuitate, & Statu Mediolani. Superuenit poſtea Decretum gratioſum, cuius commodum multi ex mulctatis nondum cauto Fiſco ſenſere, ſuper quo multa reſponſa reddidi imprimenda.

Num 3. Cum citatione.

CItatio hæc debet eſſe certa, & an in ea ſit exprimenda cauſa, propter quā quis citetur. Clar.q.31.verſ.quæro nunc. Farinac. de inquiſit.q.11.nu.40.& q.18.nu.45.53. Verum in caſibus prædictis ſolum citati fuerunt hi nobiles pro nonnullis concernentibus intereſſe Fiſci Regij nulla addita ſpecie criminis, contra quam citationem ſtat Natt.conſ. 594.cu.11.li. 3. Quę tamē citationes odioſæ ſunt, licet Princeps iubeat aliquando ita ex magna cauſa fieri, & perraro ſunt relaxandę, incutiunt enim magnum timorem, ne dicam deſperationem,

his

his qui citantur, dum ignorant, quorsum tendat illa citatio. Et ideo ego consultus super formam d. citationum dixi, quod in similibus aduocatus nullam opem ferre potest, & (vt in prouerbio fertur) digladiato, etsi peritus vrgente maiore vi peritiam omnem amitiit, dū nescit se defendere à multorum ictibus contra se aduolantibus. Sic Aduocatus, dum Principes hanc citationum formulam ingrediuntur, & subditos grauant.

Dicebam quandoque in causis grauibus, in quibus non est imposita pœna confiscationis bonorum, abstinendum ab his pręceptis, quibus per obliquum peruenitur quoad effectum ad bonorum confiscationem, sed tantum ea pręcepta concedi posse, quando adsunt legitimę suspitiones, sed non idonec ad inquirendū. Si tamen delictum sit huiusmodi, contra quod si extarent indicia, haberet locum confiscatio, sicut in crimine sodomię per decreta Senatus Excell. (licet aliter sit seruatum hoc anno in causa ardua) non autem sunt concedenda, si non esset locus confiscationis. Ad hęc tendunt tradita per Farinac. tit. de delict. q. 18. nu. 37. vers. quarta sit conclusio, lib. 1. In materia huius monitorij plures formantur quęstiones, quę excutiūtur per Scac. 4. in trac. Iud. c. 57. 58.

Quotuplex sit monitorium, nu. 1. vsq; ad n. 5. quo casu permittatur in criminalibus.

An & quādo sit prohibitū ante formatā inquisitionē. n. 4. In

In Dominio Mediolani per Constit. Cæs. tit. de accusat. §. omnibus, prohibitum est Iudicibus, ne per præcepta pęnalia procedant inconsulto Senatu, vel Principe: cuius meminit Scacc. d. loco nu. 5. circa finem.

Nunquid iste modus procedendi sit contra ius, vel præter ius.

Quod hoc monitorium non constituit quē reum, sed is, qui examinatur, constituitur reus, si ex eius examine resultat aliquod inditium legitimum, ibi. num. 10.

Si monitorium transmittitur post formatā inquisitionem, tunc exprimenda est causa, ob quam monetur, non si ante, vt distinguitur ibi cum assignatione rationis numero 10. in fin. Ego vero nunquam vidi, nec audiui transmitti monitoria post, sed ante inquisitionem, deficiētibus indiciis vt supra dixi, præsertim cum solum nitantur Senatus authoritate, qui audito causæ statu id ex arbitrio suo decernit.

Quod monitorium est vtile Fisco ad eliciēdas pecunias; pernitiosum vero iustitiæ, quia instruitur ad fugam reus, num. 11. vers. quarta difficultas.

Num 4. Etsi.

SI reus comparet, resoluitur monitorium in vim simplicis citationis; si non comparet, seruatis seruandis proceditur ad vlteriora condemnando eum ad pœnas cōminatas in præ-

cepto, Scacc. dict. cap. 58. in fin. et Author hic. Vide eundem Scacc. cap. 97.

Num. 5. Dixi,

SI de monitoriis post inquisitionem, bene dicit Author, indicia debere esse legitima, si non sufficiant suspitiones, vt dixi. Mediolani quid obseruetur iam dixi. Gum quandoq; incideret mentio horum monitoriorum, cum citatione sub pœna cõminata, et non dubitarent rei se præsentare, existimantes, contra eos nulla legitima fore indicia, Dixi quod etsi Senatus soleat iubere iudicibus, vt sub pœna citent, non tamen necessarius indiciorum defectus arguitur, quodq; potestati Senatus committitur, non etiam necessitati suppositũ esse existimandum est. Quodque potest latere anguis in herba, neque inde tutum argumentum sumi posse. Quia cogitationes Senatus quis explicabit? Percute plectrum conscientiæ tuæ, & si deliquisti, trepida, quia pauor his esse solet, qui operantur malum, atque hi pertimescunt semper, & ad omnia fulgura pallent.

Num. 6. Intelligo.

VT quis possit citari personaliter, debere præcedere legitima inditia à iure approbata, Natt. d. conf. 594. num. 14. vers. 4. accedat lib. 3. & abstinendum est à sententia contumaciali si legitima nõ adsint inditia, Carthar. de execut. sent. capit. capt. bannit. cap. vlt. num. 139.

139. Ad quod respexit Senatus in suo decreto anni 1584. die 11. Octobris mandan. quod contumaces non inquirerentur, nisi legitimis præcedentibus inditiis, neue rei constituerentur. Cuius decreti beneficium (sicut multa alia) referēdū est Pręsidi Magistratus ordinarij, ac Principium cōsiliario Simoni Bossio, cuius specimen ingenij, quo in iuuētute pollebat, facilem aditum ad omnes honores per gradus ei fere pollicebatur. Quod votis sit potitus, gratulandum est, nam in ea senatoria dignitate multas controuersas quęstiones diremit, quarū memoria nullo tempore intermoritura est, illius etiā nomen nulla obliuione poterit aboleri. Cuius recordationem etsi perpetuam virtutes propriæ reddituræ sint, attamen eo beatiores, & gratiores erunt, cum filium suum Fabriciū I.C. multi nominis Oratorē secundū agnoscamus, nunc Vicarium Prouisionum huius Ciuitatis. Id enim inter summas eius fœlicitates censendum est, dum vel eum, vel ex eo surgentes intuetur nepotes.

Num. 9. Solent.

MEdiolani hæc praxis non recipitur, quia monitoriorum vsus est prohibitus obstante constitutione, de qua & vt supra dixi. Sed Iudex seruatis seruandis procedit, scilicet formando inquisitionem, si reus haberi, ac detineri non potest.

Num.1. Quæ fuga.

QVale indicium præstet hæc fuga, vide Menoch.lib.1.præsumpt.89. a num.36. vsq; ad n.50.Mascard.de probat.conclus.819.lib.2. iunctis seq.ad quem locum non te, vt tantum aquas sitientem, nõ bibentem, sed ad plenam messem relego. Si tamen insatiabile videndi studium vis explere, ne discedas à Farinac. lib. 2.tit de indic. tortur. q.48.per tot.

Contra Iudicem indebitè inquirentem, & condemnantem iniustè, præter Vasqui controuers. Ill. cap.18.nu.26. Vid Farinac.q.10.n.35. vbi plura de Iudice inquirente per calumniã, & quando dicatur vera calumnia, & contra Iudicem minus debite punientem reum. Vid. eundem q.17. num.6.

Num.19. Et tamen.

AMpla est materia huius citationis, de qua vid.Clar.q.31. vers.dictum est, vbi singula capita prosequitur.

Quod reus debet legitimè citari, ne processus, & sententia sint nulla, & quotupliciter dicatur nulla, Farinac. qu. 11.num.94. tit. de

2 Quod ad citandum cogitur Princeps etiam subditum in criminibus, & Farinac. qu. 22. nu.66. vbi plenè vol.1. & in ciuilibus etiam ex magis communi.

3 Quod habet locum in delicto notorio, in quam

quam rem tamen, Vid. Scacciam de veritate q.52. num.7. & seq.

4 Quod requiritur specialis commissio Iudicis citantis in criminali, Scacc. vbi sup.

5 Nunquid exprimenda sit causa, ob quam citatur; quæ quæstio est superflua Mediolani, quia tenor inquisitionis in ipsa citatione inseritur, Clar d. qu.71. versic. quæro nunc Scacc. d. qu.32. nu.15.

6 Quod non possit in citatione imponere pœnã pro contumacia citati, vers. item quæro.

7 Quod in citatione apponitur totus tenor inquisitionis, versic. quæro nunquid, & hoc de consuetudine.

8 Inquisitionis formula.

9 An sufficiat intimatio citationis ad domum in Dominio Mediolani seruantur No. Cõstit. tit. de accusat. procedant.

10 Quod non requiratur, vt citandus requiratur per Ciuitatem, sed directo sufficiat ire ad domum, vers. sed nunquid.

11 Absens extra territorium citatur per subsidiales litteras,ibi.vers sed hæc,& hoc procedit, etiam quod ambo Iudices diuersi territorii essent sub eodem Principe.

12 Vagabundus citatur iuxta formam Nou. Cõstit. de quo in d.§.procedunt. Scacc.cap.45. num. 23. 25.

13 Citatio vna peremptoria in criminalibus sufficit pro omnibus, vers. quomodo.

14 Reo constituto ob vim monitionis, quæ ei fit, citatione non est opus ad ferendam sententiam condemnatoriam. Nam post monitionem censetur citatus omnibus diebus, & horis, vt compareat; de qua monitione Clar. in vers. vlterius.
15 Citatus cum termino ad respondendum inquisitioni, pendente termino potest capi, vers. vlt. quæro.
Has omnes quæstiones pleniore stylo videre poteris apud Farin. de inquis. q. 11. per tot. quæstio. Scacc. in q. 32. 33.
16 De citatione quę fit per edictum, idem Scacc. plenè c. 14.
17 De citatione per proclama. Scacc. c. 35.
18 De citatione per campanam, idem c. 36.
19 De citatione in criminalibus c. 39.
20 De citatione per literas in criminalibus, ibi. cap. 40.
21 De citatione per edict. per proclama, & per campanam in criminalibus, Scacc. c. 41.
22 De citatione reali, seu captura c. 42.
23 De modo exequendi citationes in criminalibus c. 45. & seq.
24 De relatione executionis citationis verbalis, per literas, & per edictũ, & executionis realis in omni specie causarum, cap. 48. 49. apud Scacc.

Num. 22. Debet etiam.

Supra abunde dictum est, & de hoc Clar. q. 4.

Num.

Num. 24. Cum autem.

DE relatione executionis, vid. Scacc. cap. 48. 49. vt supra diximus; Follet. in prax. dialogi. in verbo fiat relatio nuntij. Cætera sunt plana.

SVMMARIVM.

1 *Forma Monitorij secundum stylum Almæ vrbis, & Romanæ Curiæ.*
2 *Forma Citationis, quando seruantur termini ad Sententiam.*
3 *Forma Citationis ad Sententiam.*
4 *Forma Sententiæ contumacialis remissiue.*
5 *Termini ante Sententiam, qualiter seruandi sint, & quomodo enumerandi dies secundum antiquam practicam, & veram.*
6 *Reus debet habere terminos integros.*
7 *In Vrbe in Curia Reuerendissimi D. Gubernatoris, quomodo hodie seruentur termini.*
8 *Hæc tamen practica à paucis annis citra est introducta.*
9 *Lelius de Sindicis, & Iulianus Sanctarellus actuarij in dicta Curia, & viri multum practici, posteriorem vsum damnabant, & priorem seruandum esse affirmabant.*
10 *Quorum opinionem author approbat.*
11 *Stylum tamen, & loci consuetudinem attendendam esse ait.*

Forma Monitorij secundum stylum Vrbis, & Romanę Curię, & citationũ, quibus peruenitur ad Sententiam condemnatoriam.

Caput Secundum.

Annibal Oricellarius Episcop. Carcassonus. Almæ Vrbis, eiusq; districtus Generalis Gub. & V. Camer.

Ecce nomen. & officium Iudicis, Clar. quæst. 31. versic. per D. N. Prætorem.

Tibi Sempronio N. de tali loco, ex aduerso principali auctoritate nostri officij, nec non ad Magnifici, & Excell. D. Io: Iacobi Nerotti Sanctiss. Dom. Nostri Papæ, & Reuerendę Cameræ Apostolicæ Procuratoris Fiscalis generalis instantiam, Vitalin. in tract. de malef. in rubr. de citatio. num. 22 & 25. tenore præsentium præcipimus, & expressè mandamus: quatenus infra triduum proximum, cap. olim, & cap. fi. extra de rescrip. Vitalin. vbi sup. n. 11. ab executione præsentiũ computandum, cuius primus dies pro primo, secundus pro secundo, tertius pro tertio, & peremptorio termino tibi assignatur, Foll. in sua pract. in verbo, vel eos verbaliter citari faciat, num. 5. & 22. & nu. 40. & vide Vitalin. vbi sup. num. 11. sub pęna con-

confessatorum criminum, & delictorum, de quibus imputaris, vltimi supplicij, & confiscationis omnium bonorum tuorum, mobilium, & immobilium, iurium, actionum, ac debitorum nominum, Censuum, Societatum, & locorum Montium præsentium, & futurorum, vide Clar. q. 78. vers. vlterius quæro. vbique locorũ existentiũ debeas coram Nobis, seu infrascripto nostro in criminalibus Locumtenente, vt sciat, vbi debeat, coparere. Foller. vbi supra num. 4. Clar. d. vers. per. D. N. quæst. 31. personaliter per te ipsum. Foller. vbi supra num. 8. comparuisse, & te præsentasse ad te excusandum, exculpandum, & defendendum ab infrascriptis criminibus, & excessibus per te commissis, & patratis, Clar. q. 31. vers. quæro modo, & signãter eo, quod cum alias de anno 1592. mense Maij. Clar. q. 31. vers. quod de anno, nulla saltẽ legitima causa subsistente, Fabritium N. de Capua in Alma Vrbe prope Ecclesiam S. Mariæ de Populo nuncupatæ, cum ense denudato agressus fuisses, illumque in brachio sinistro vnico graui vulnere cum debilitatione eiusdẽ brachij affecisses, & postea eodem anno. & mẽse Augusti, per acta infrascripti Notarii pace cum eodem mediantibus communibus amicis inita delicti prædicti veniam obtinuisses, debuissesque propterea non modo nihil aliud mali contra prædictum Fabritium cogitare, aut moliri, sed ab omni scelere saltem, quantũ huma-

humana patitur fragilitas, abstinere. Nihilominus gratiæ immemor prædictæ, neque considerans, quam graue, & turpe facinus sit pacem frangere, præcipue homicidium insimul committendo, quod omni iure semper prohibitum sub grauissimis pœnis extitit, legumque, & sacrorum Canorum, ac sacrarum Summorum Pontificum constitutionum iussa, & præscripta paruifaciens, immo illis expresse cõtraueniens, temere, dolosè, & appensate. Clar. d. q. 31. vers. scienter, & dolosè. animoque, & intentione infrascriptum delictum, & homicidium cum fractione pacis committendi, de præsenti anno .... & mense .... seu alio veriori tempore, armatus archibusio longo ad rotam, puluere, & pileis plumbeis onusto, omnibusque rebus ad necandum necessariis instructo, noctis tempore, nescitur, quo spiritu, nisi diabolico ductus, prope domum dicti Fabritii, in via Ferratina nuncupata, existentem in quodam horto domui prædictæ cohærente in insidiis te posuisti, expectans, quod dictus Fabritius, quem extra domum esse facile noueras, ad eam reuerteretur, vt eum interficeres. Cumque prædictus Fabritius circa horam sextam noctis tute, & secure, nihil sibi mali euenturum cogitans, domum reuersus fuisset, associatus solummodo ab Antonio eius famulo, ostiumque domus prædictæ pulsare cœpisset, tu progrediens ex insidiis prædictis eundem Fabritium ador-

adortus fuisti, & dicendo ei *bona notte*, contra eundem dictum archibusium, quem gestabas, exonerasti, magnoque letali vulnere in flanco de vno ad aliud latus penetrante vulnerasti, ex quo quidem vulnere illinc ad duas horas prædictus Fabritius mortuus remansit, eiusque cadauer Ecclesiasticæ sepulturæ traditum fuit: & his peractis in fugam te dedisti, pœnas propterea in dictis legibus, sacris Canonibus, & sacris Summorum Pontificum Constitutionibus impositas, & inflictas temerè, & dānabiliter incurrendo: Rebusque aliis, &c. Alioquin, &c. Foller. in d. vers. vel eos, &c. num. 3. Vitalin. de malef. in rub. de cita. num. 3. Volumus autem præsens nostrum monitorium, tibi personaliter, si persona tua commodè haberi poterit. An debeat prius constare, quod fuerit facta diligentia de personaliter reperiendo, & quod non, Foller. vbi supra num. 23. Clar. d. q. 31. vers. sed nunquid. sin autem domi tuæ solitæ habitationis. Vide Chart. de execut. Sent. c. fin. nu. 182. quatenus illam habeas in Vrbe, & ad valuas Curię nostræ: alias ad easdem valuas, & in acie Campi Floræ, dimissis ibi illius copiis affixis pręsentari, & intimari. Qualiter sit citatio intimanda attenditur stylus, vel statutum loci, Clar. d. q. 31. vers. dictum est. illudque sic executū ita te rearctare, & afficere, ac si personaliter, & magis legitimè executum foret. Certificantes nihilominus te, quod si in dicto ter-

mino

mino non comparueris: Nos, siue infrascriptus noster in criminalibus Locumtenens seruatis quatuor terminis in similib. seruari solitis iuxta stylum Curię nostrę ad declarationem incursus pœnarum prædictarum, illarumque legitimam executionē, contra te procedemus, siue procedent, contumacia, & absentia tua, ac aliis in contrarium forsan facientibus, non obstantibus quibuscunque; nec cōminatio requiritur. Vital. in tract. de malef. in rub. de citat. nu. 3. In quorum, &c. Dat. in Palatio nostræ solitæ residentiæ. Foller. d. verb. vel eos, &c. numer. 3. hac die. mense

Marcus Aurelius de Domo locumtenens, locus † sigilli. Antonius Bartolettus pro Charitate Notarius.

Formato sic vt supra monitorio, illoque executo, & in actis reproducto cum fide executionis per Cursorem, seu mandatarium in calce, seu à tergo eiusdem annotata. Relatio nuncij est de substantia citationis, & in actis debet scribi seriatim. Foller. in sua pract. in verbo, fiat relatio nuncii, lapsoque dicto termino trium dierum in dicto monitorio assignato, qui incipit currere à die executionis exclusiuè, Vital. in d. rubr. de citatio. num. 27. citatur deinde reus infrascriptis modis, videlicet.

1. Citatio die 16. Octob.

1 † Illustrissimo Domino Gubernatore. Citetur Sempronius N. ex aduerso principalis ad do-

docendum se paruisse monitorio pœnali contra eum formato executo; & in actis legitimè reproducto, ad dicendum contra primo pro prima dilatione ad primam diem, instante Fisco. Char. N.

Dicit non esse necessariam huiusmodi accusationem, Chart. de execut. Sent. cap. fin. n. 171. & seq.

Facta relatione, comparuit substitutus Fiscalis, accusauit contumaciam, et institit mandari citari secundo pro secunda.

2. Citatio die 18 Octob.

2 Citetur Sempronius, etc. ad docen. etc. secundo pro secunda dilatione ad p. d. instante Fisco, Charitas Notarius.

Facta relatione comparuit substitutus fiscalis, vt supra, et obtinuit citari tertio pro tertia.

3. Citatio die 20. Octob.

3 Citetur Sempronius, etc. ad docendum, etc. tertio pro tertia dilatione ad primam diem, instante Fisco Charitas Not.

Facta relatione substitutus fiscalis obtinuit quarto pro quarta, et superabundanti.

4. Citatio 22. Octob.

4 Citetur Sempronius, etc. ad dicendum, etc. quarto pro quarta, et superabundanti dilatione ad primam diem instante Fisco. Cha. Not.

Facta relatione, substitutus fiscalis obtinuit citari ad Sententiam.

Citatio ad Sententiam, die 24. Octob.

5 † Citetur Sempronius N. ex aduerso princi-

palis

palis, ad videndum deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum, & audiendam Sententiam diffinitiuam, & loco Sententiæ videndum declarari se incidisse in pœnis in monitorio contra eum formato, executo, & in actis legitimè reproducto, cõtentis, & pro præmissorũ executione mandatum quodcunque desuper necessarium, & opportunũ decerni, & relaxari ad primam diem instante Fisco. Charitas Not-

Facta relatione, comparet substitutus fiscalis, accusat contumaciam, & obtinet declarari, vt supra, & Iudex suam fert Sententiam declaratoriam incursus pœnarum prædictarum, † cuius Sententiæ formam habebis in eodem meo formulario criminali.

6 † Numeros dierum, quos in margine, tam supra, quam infra notatos habes, ideo apposui, vt scires quomodo seruandi sint termini in prædictis; non enim sunt inculcandi, cum reus †terminos integros habere debeat.

7 † Non nego, †quin etiam aliter fiat in Vrbe in Curia Reuerendissimi Domini Gubernatoris. Vidi enim citari reum, verbi gratia, die 16. ad 17. pro prima dilatione, die 17. ad 18. pro secũda, die 18. ad 19. pro tertia, die 19. ad 20. pro quarta, & superabundanti, die 20. ad 21. pro Sentent.

8 † Sed hæc prædicta à paucis annis citra est

9 in-

9 introducta in dicta Curia, † & recordor, quod illam vehemēter damnabat Dominus Lælius de Syndicis,qui fuit per plures annos actuarius criminalis in dicta Curia, & profecto vir multum practicus,à quo semper vidi seruari priorē formulam, quam etiam seruandam esse dicit Dominus Iulianus Sāctarellus modernus actuarius in eadē Curia, Notarius etiam ipse multū practicus, & versatus, non solum in Vrbe, sed etiam extra in pluribus locis Status Ecclesiasti-
10 ci,†& ego puto,quod in re quidem talis poste-
11 rior vsus improbetur: stylus tamen,& consuetudo loci attendenda est, vt superius monui.

SCHOLIA IN CAP. II.

PArum in hac prouincia curæ habentur hæc monitoria, quæ tantum vsitantur in Vrbe, ideo de his, quæ foris sunt, nihil ad nos.

Citato cōgruum debet assignari tempus ad comparend. Foller.in prax dialog.in verb. vel eos verbaliter citari faciat.n.22.& est habenda ratio locorum distantiæ,alias citatio erit nulla, tamquam facta intra angusta tempora: in citatione moderatū tempus est ponendum, & si citatio fiat tempore, quo citatus nō potest venire, citatio est nulla.

Præsentium, & futurorum.

AN in confiscatione veniant futura. Clar. qu.78. vers. vlterius quæro, vbi quid dispo-

ſponat Decretum Mediolani, tit. de pen. §. omnium, cuius decreti meminit Plott, in ſuo ſolemni Indice.

Num. 11. Stylus tamen.

DE obſeruãtia ſtyli plura apud Maſcard. de probatio. concluſ. 1339.

An pro lege obſeruari debeat in cauſis criminalibus, dic, quod ſic. Afflict. deciſ. 391. nu. 5. & Iudex non obſeruans ſtylũ, tenetur in ſyndicatu, & facit litem ſuam: & hæc procedunt in ſtylo antiquo, & inuariabili: inſtrumenta contra ſtylum ſunt ſuſpecta de falſo. Hæc & alia, collegit Præſes Menoch. lib. 2. præſump. 8. col. pen. & vlt. Cui addo plurima ſcitu digna ex locupletiſſimo Borgnin. Caualcan. indice ſuarum deciſionum hoc verbo; ad eum te relego.

SVMMARIVM.

1 *Forma inquiſitionis ſecundum ſtylum de partibus.*
2 *Forma alia inquirendi breuior.*
3 *Forma citationis cum inſertione inquiſitionis.*
4 *Inquiſitiones Peruſiæ, & in aliquibus alijs locis non inſeruntur in citatione.*
5 *Forma citationis ſine inquiſitione.*
6 *Forma alterius citationis ad reſpondendum inquiſitioni.*
7 *Forma banni, quod publicatur contra contumaces.*
8 *Forma intimationis banni.*
9 *Forma citationis ad ſententiam.*
10 *Citatio ad ſententiam poſt bannum ſecundum aliquos*

non

non eſt neceſſaria; conſuetudini tamen locorum inhærendum eſſe monet author.

Forma inquiſitionis ſecundum ſtylum de partibus, & banni, ac citationum, quibus ad Sententiam deuenitur.

Caput Tertium.

FOrma inquiſitionis, & executionis illorum iuxta ſtylum, quem vocant de partibus, talis eſt, prout infra, videlicet.

† Hæc eſt quædam inquiſitio, ſiue titulus inquiſitionis, quæ fit, & fieri intenditur per Mag. & Excell. D. N. Iudicem ex eius mero officio, auctoritate, poteſtate, arbitrio, atque balia, & ad querelam B. & ad inſtantiam Mag. Domini Procuratoris Fiſcalis, vel ad denunciam P. contra, & aduerſus Sempronium N. de tali loco incolam Ciuitatis, &c. homicidam & fractorem pacis, In eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidem à maleuolis, & ſuſpectis, ſed potius ab honeſtis, & veridicis hominibus, & perſonis non ſemel tantum, ſed ſæpe, & ſępius ad aures, & notitiam D. Iudicis, etiam per modum notorii, auditu, relatuque peruenit, quod cum alias de anno .... &c. & ſequere narrando ſeriem delicti, prout vidiſti ſupra in monitorio ab illis verbis; & ſignanter ſuper eo,

quod cum alias, &c. vsque ibi: Rebusque alijs; & deinde conclude: Et prædicta omnia facta, & perpetrata fuerunt per præfatum Semproniū animo & intentione, loco, & tempore, quibus si pra: pœnas propterea legum, Sacrorum Canonum, & sacrarum Summorum Pontificum Constitutionum, ac bannimentorum, siue Statutorum, temere, & damnabiliter incurrendo. Super quibus omnibus, & singulis, &c. Vide Clar. d. q. 31: vbi hæc omnia bene declarat.

Vel etiam breuius formatur in leuioribus delictis hoc modo, videlicet.

2 Inquiratur ex officio Curiæ, nec non ad querelam, N. etc. contra, et aduersus. N. de tali loco, in, de, et super eo, quod de præsenti, anno, etc. et pone seriem delicti, vt supra, dein de concludè; Et prædicta omnia, etc. Super quibus, etc.

Die 16. Octob. 1595.

Inchoata, facta, et formata fuit.

Dicta die.

Commissio primę citationis in forma, et erit talis, videlicet.

3 † De mandato multum Magnifici, et Excell. D. N. Iudicis, etc. instante Magnifico Domino Procuratore fiscali.

1. Citatio 16. Octob.

Citetur Sēpronius N. ex aduerso principalis quatenus infra triduum proximum, coram præfato D. Iudice compareat ad respondendū

inquisitioni contra eum formatæ in, de, & super eo, quod cum alias de anno, &c. & pone tenorem inquisitionis, in quantum tangit seriē facti, vt supra, omissis generalibus vsque ibi: Rebusq; aliis, &c. quia talis tenor interserendus est, Chart. de exec. Sent. c. 1. n. 386. & seqq. deinde conclude: Alioquin, &c. In quorū, &c. Datum, &c.

4 † Bene verum est, quod si stylus sit in loco, quod non inseratur totus tenor inquisitionis, prout fit Perusiæ, & in quibusdam aliis locis;
5 † tunc satis erit dicere: Char. d. cap. 1. n. 388. Ad respondendum inquisitioni contra eum formatę occasione homicidii cum fractione Pacis per eum commissi, in persona Fabritii N. de præsenti anno . . . . . . & mense . . . . . prout latius in dicta inquisitione, ad quā, &c. Alioquin, &c. in quorum, &c.

Dicta die.

Exequuta fuit per N. publicum mandatariū Curiæ domi dimissa copia prout retulit.

Die 20. eiusdem.

Commissio secundæ citationis in forma.

2. Citatio die 20. Octobr.

6 † De mandato, &c. Citetur Sempronius N. ex aduerso principalis, quatenus infra biduum compareat personaliter ad respondendum inquisitioni contra ipsum formatæ, tenoris, prout in ea, ad quam, &c. alias, &c. in quorum, &c. Dat. &c.

Dicta die.

Exequuta, vt supra per N. &c.

Die 23. eiusdem.

Commissio banni, & intimationis eiusdem in forma.

TENOR BANNI.

Bannum, & eius intimatio die 23. Octob. Huiusmodi bannum debet continere nomen Iudicis, nomen & cognomen eius, qui bannitur, causam ob quam bannitur, annum, & mensem. Foller. in sua pract. in vers. banniantur, num. 5. Charthar. de execut. Sent. cap. fin. num. 186. vers. prout etiam:

7 DI † ordine espresso del Magn. & Excell. Sig. N. Giudice, &c. si deduce à notitia di tutti, qualmente hauendo Sempronio N habitante, &c. del presente anno .... del mese, &c. commesso homicidio in persona di Fabritio di N. da Capua, etiam con frattura della Pace, ch'era fra di loro, come appare per gli atti, &c. & essendosi perciò reso contumace, non curando comparire, secondo le citationi fattegli: però si mette in bãdo in pena della vita, e confiscatione di tutti, e singoli suoi beni, &c. E si prohibisce, che nessuno debba ricettarlo, nè dargli consiglio, aiuto, nè fauore, ma perseguitarlo; &c. sotto le medeme pene, & in tanto si assegna termine di cinque giorni al detto Sempronio e comparire à difendersi dal detto bando, altrimẽte, &c. In quorum, &c.

Dicta

Dicta die.

Exequutum per N. publicum Præconem Communis, vt retulit.

8 De mandato,&c. Intimetur Sempronio N. qualiter fuit in banno positus,& eidem terminus assignatus quinque dierum ad comparendum,& se defendendum,&c.alias,&c. In quorum,&c. Dat. &c.

Dicta die.

Intimatum domi eiusdem Sempronii cum demissione intimationis in forma, per N. publicum mandatarium Curiæ, &c. prout retulit, &c.

Die 29. eiusdem.

Commissio citationis ad Sententiam.

9 † De mandato,&c.Citetur,&c. quatenus infra biduum coram eo compareat ad audiendã Sententiam super inquisitione cõtra eum formata tenoris, prout in illa, & postea quandocunque singulis diebus,& horis, &c. ideo,&c. alias,&c. in quorum,&c. Dat.&c.

Executa,&c.

10 † Posui formam huius citationis ad sententiam, vt scias quomodo formari possit, licet Doctores teneant illam post bannum necessariam non esse: Char. vbi sup. cap.1.num.430. Tu tamen consuetudini locorum cohæreas, & sic non errabis.Clar.qu.44.vers.item quęro. Char.d.nu.430. vers. subdit tamen.

SCHOLIA IN CAP. III.

De stylo Curiæ in formanda inquisitione seruando, plura apud Decian. tom. primo tract. crim. lib. 5. cap. 26. nu. 6. vers. nota etiam, tit. quæ leges seruandæ in causa hæresis. Quomodo Mediolani formetur, habes ex Clar. §. 31. vbi totum tenorem inquisitionis scriptis inserit suis. Aduerte tamen tu, qui formas inquisitiones, quod is dicitur meliorem partem huius praxis callere, qui nouit optime, & aptè compilare inquisitionem. Quamobrem in officio tam D. Capitanei, quā Prætoris Mediolani deputati sunt principales Actuarii, qui materno sermone dicuntur, li capi de' Notari, qui diligenter inspiciunt titulum delicti, & qualitatem indiciorum, & iuxta resultantia ex dictis inditiis formant eas, & si quid obscurum, dubiumuè se se offert, consulunt Iudices ipsos, vel etiam ipsi Iudices proponunt in curia, ita per aquam & ignem transeunt dictę inquisitiones, quæ quo maiori prudentum consilio nituntur, eo difficilius conuelluntur. Hinc fit, vt perrarò Senatus ad has inquisitiones manus apponat, quia non sunt facile mutāda, quæ cum maturo tot patrum iudicio processerunt. Quamobrem vt reuertar ad id, quod à principio huius operis dicebā, magna est iudicum consolatio, quando habent actuarios peritos, &

& humanioribus etiam literis, quæ necessariæ sint, imbutos. Nec enim video, quomodo inquisitionem possint dictare, si literarum sunt rudes. Floret ad officium D. Capitanei Iustitiæ Oliuerius Bononia, dignus Egr. Fisc. Quintii Cancellarius, cui obscientiam, & probitatem constantem plurimum omnes deferunt, itaut tamquã Atlas cœlum, sic ille pondus totius Actuariæ, quæ in magnum numerũ diuisa est, summa cum vigilantia, & dexteritate sustineat.

Ad Officium D. Prætoris Franciscus de Bernardis, et Actuarius Vacca, viri circumspectissimi, nec nimia festinantia properantes, sed lento gradu, quę muneris sunt sui absoluentes, et recte, quia nimia festinantia, et præcipitatio nouerca est iustitiæ.

De reformandis inquisitionibus ordinem habemus Excellen. Senat. mandan. vt inquisitiones reformentur, non obstante statuto mandante, quod inquisitiones formatæ iterari non possint.

Ad hæc haud te prætereat, quod hęc inquisitio concipienda est clara, specifica, continens omnes delicti qualitates (itaut reo non tollantur defensiones) & locum, et tempus regulariter commissi delicti, non tamen diem, etiamsi pars non opponat, et nomen illius, cum quo delictum est commissum. Quæ et quomodo procedant, vid. latè Farinac. de inquisit. q. 3.

Vers. Tenor banni.

BAnnum hoc est nullũ, quando in processu non fuit seruata forma statutorum, seu stylus, post Farinac. et Carthar. vid. Scacc. c.97. nu.32. vers.secundo quæro. Nota hoc, et quando habes ad manus aliquem bannitum capitaliter, diligenter inspice processum. An sententia cõdemnatoria subuerti possit aliqua simili exceptione, puta omissionis banni, aut simili nullitate resultante ex eodem processu, Farinac.q.11.n.37.et de pluribus causis nullitatis banni tractat Carth. in prax. de execut.senten.cap.bann.cap.vlt.n.186.vers.prout, cum seq.ad quem omnino recurre tu, qui vis laborare pro redimendo cliente ex imminenti mortis periculo.

2 Bannum est sententia interlocutoria, si post illud sequatur sententia condemnatoria, et est ratio, quia is, qui in banno positus est, si comparet infra terminum banni, resoluitur in vim simplicis citationis. Scacc.d.cap.87. num. 38. Farinac. q.11.nu.101.

3 An terminus bãni designatus à statuto possit minui, vel augeri, ibid.nu.39. per Scacc.vbi supra.

Num. 10. Posui formam.

POst secutum bannum, an sine alia citatione perueniatur ad sententiam condemnatoriam, vid.Chart. de execut. sent. capt.banni. cap.1.num.430.vers. et solet, Mediolani viget con-

consuetudo, quæ seruanda est, iuxta ea, quæ supra dixi.

Quæro ad coronidem, an sententia condemnatoria ferri possit longè post terminum citationis: dic quod sic, Decian. referens causas consil. 18. nu. 21. a. lib. 1.

Finis Libri Quinti.

LIBER VI.

SVMMARIVM.

1 *Bannito capto debet formari nouus processus super recognitione personæ illius, neque interim sententia contra ipsum lata executioni demandari debet.*

2 *Recognitio personæ banniti, quomodo, & quibus solemnitatibus fiat per propriam confessionem ipsius banniti.*

3 *Bannitus qualiter interrogari debeat, antequam ad sententiæ exhibitionem deueniatur.*

4 *Bannitus debet describi per Notarium, & qualiter, & formam habes, nu. 12.*

5 *Sententia condemnatoria debet exhiberi bannito, ad effectum, vt fateatur se esse illum in sententia nominatum.*

6 *Recognitio banniti necessaria est, quando tempore inquisitionis formatæ eius nomen ignorabatur.*

7 Item

7 *Item si in inquisitione, & sententia erratum fuisset in nomine, cognomine, patria, seu aliqua alia demonstratione.*

8 *Item si in eodem loco plures sint eiusdem nominis, & cognominis.*

9 *Practici criminalistæ solent protestari antequam incipiant interrogare talem condemnatum.*

10 *Qualiter debeat fieri dicta protestatio, & forma eiusdem, & nu. 13.*

11 *Forma examinis, siue constituti, quando fit recognitio condemnati, & numer. seqq.*

14 *Iudex solet decretare in fine examinis recognitionem esse legitimè factam, & sententiam suis loco, & tempore exequendam esse.*

15 *Aliqui tamen Iudices dictum decretum non interponunt.*

16 *Recognitio personæ banniti fit etiam alio modo, & quomodo.*

17 *Forma comparationis, & protestationis fiscalis exhibentis sententiam condemnatoriam, & petentis illius executionem.*

18 *Forma Decreti Iudicis ad comparationem prædictam.*

19 *Forma alia examinis, siue constituti, in quo delinquentis persona recognoscitur.*

20 *Alio etiam modo potest concipi dictum examen, & constitutum, & quomodo.*

Quid

Quid faciendum capto bannito, & condemnato, & quomodo, & qua forma ad eius recognitionem, & examen deueniendum sit.

Caput Primum.



SI aliquis bannitus,& condemnatus in contumaciam, ad tuas manus peruenerit, siue sit condemnatus in pœnam vltimi supplicij, siue in aliam pœnam citra mortem, & captus fuerit,vel infra annum,vel post annum
1 condemnationis, † non statim erit ad executionem Sententiæ procedendum, nisi prius nouo processu formato super recognitione personæ illius, vt ante executionem constet eum esse, qui in banno; & sententia decriptus est. Chart. de exec. Sentent. capto bannito cap. 2.
2 in princ. † Recognitio autem huiusmodi fit imprimis per propriam ipsius condemnati cõfessionem, quia is constituitur coram Iudice, sine aliqua expressione nominis, sed bene à
3 *N*otario actuario † eius sic constituti statura, effigies,barba, vestimenta, et aliæ, si quæ sunt, demõstrationes describuntur in principio examinis:deinde præstito per ipsum iuramento de
4 veritate dicenda, † interrogatur de eius nomine, cognomine, prænomine, parentibus, patria, exercitio, et aliis qualitatibus, si

quę alię in processu,bãno,et sentẽtia cõdemnatoria circa ipsius banniti constituti personã expressæ,et specificatę fuerint vnico, vel pluribus interrogatoriis, quod melius est, et recepta responsione, postmodum interrogatur, an in loco, vnde dicit se esse oriundum,reperiatur aliquis alius eiusdem nominis, cognominis, prænominis,parentũ,et qualitatum: †
5 et si dixerit, quod non, tunc exhibetur sibi bannum, siue Sententia condemnatoria contra ipsum lata, et per Notarium ad claram ipsius intelligentiam legitur, et vulgarizatur, et his peractis interrogatur demum ipse Constitutus. An ipse sit illemet re, corpore, et substantia, qui in dicta Sententia descriptus, et nominatus est, et qui de delicto in ea cõtento inculpatus existit; et si dixerit,quod sic,tunc perfecte, et legitime dicitur facta talis banniti, et condemnati personæ recognitio. Ita loquitur Chart.in d.tract.
6 cap. 2. a n.15.vsque ad n.27. † Et hæc quidem recognitio tunc multo magis necessaria est, si, quando formata fuit inquisitio, ignorabatur nomen delinquentis, et descriptus fuit per signa,staturam, habitationem, vestimẽta,et alias circumstantias, vel per litteram N. et processũ fuit ad condemnationem,vt procedi posse in
7 pręcedenti libro ostendimus.†Necessaria etiam est,si in Sententia, et inquisitione erratum fuit in nomine,cognomine,patria, vel aliqua alia demonstratione.

8 † Item

8 † Item si in loco, in quo condemnatus ortus est, vel domicilium contraxit, aut deliquit, reperiantur alii eiusdem nominis, et cognominis Char. in d. tract. cap. 2. nu. 4. vsque ad nu. 15.
9 Aduertere autem te volo, † quod practici criminalistæ, antequam ad aliquod interrogatorium deueniant cum tali condemnato, solent post descriptam à Notario eius personam, vt superius dixi solemnem protestationem à Notario prædicto in ipso constituto scribi facere,
10 † quod scilicet per interrogationes subsequẽtes faciendas, et respõsiones à condemnato N. dandas, vel alium quemcumque actum, non intendunt vllo modo preiudicare Sententiæ condemnatoriæ contra dictum Constitutum latæ, et iuribus Fisco cõmpetentibus, iuxta formã inferius appositam. Char. d. tract. c. 2. n. 58.

Die 17. Octob. Anno ....

Forma Constituti cum recognitione condemnati.

11 † Constitutus personaliter in carceribus Turris Nonæ, coram Magnifico, & Excell. D. M. Aurelio de Domo, Locumtenente, &c. meque, etc. assistente D. B. substituto fiscali.
12 † Quidam homo proceræ staturæ, ætatis suę prout ex aspectu dignosci poterat, annorum, etc. cum barba coloris subrufi, siue, vt vulgo dicitur castagnaccia, habens magnam cicatricẽ in fronte, à parte sinistra pendentẽ versus auriculam sinistram, indutus duploide scisso telę linee clamide, et caligis panni coloris promiscui,

cui, ac tibialibus ſemiſericeis, ad acum laboratis coloris celeſtis, ſiue Turchini, denique pileo in capite feltri nigri cum criſtis, qui delato ſibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis,
13 &c. iurauit, †præmiſſa prius per D. proteſtatione, quod non intendit per quamcunque interrogationem à ſe faciendam, vel reſponſionem à dicto C. dandam, aut per quemuis alium actum deſuper adhibendum, Sententiis contra dictum C. latis, iuribuſque Fiſco quomodolibe competentibus, præiudicium aliquod inferre, de quo ſolemniter, & expreſſe, ac omni meliori modo proteſtatus fuit, & proteſtatur, hancque proteſtationem, ſemper quandocunque, ac in quolibet actu ex tunc repetit, & pro repetita haberi vult, & intendit. Ita etiam inſtante D. B. ſubſtituto fiſcali. Ad opportunas eiuſdem D. interrogationes dixit, & depoſuit, prout infra, videlicet.

Interrogatus, quomodo ipſe C. nominetur, cognominetur, & an habeat pronomen, ſiue ſupranomen.

Reſpondit: Io mi chiamo Sempronio, la mia caſa è delli N. nè hò ſopranome alcuno, che io ſappia.

Interrogatus, vt dicat nomina patris, & matris, fratrum, ſororum ſuarum, ſi quas habet, & eius exercitium.

Reſpondit: Mio padre ſi chiama D. mia madre A. Io hò vn fratello, che ſi chiama C. e

non

non hò sorella niuna, il mio mestiere è di Sartore.

Interrogatus, ex quo loco sit oriundus.

Respondit: Io son da Napoli.

Interrogatus, an in Ciuitate *Neapolis* sit aliquis, qui nuncupetur Sempronius *N.* habens patrem vocatum D. matrem A. & fratrem C. profiteaturque sutorem.

Respondit: Signor nò, che in *Napoli* non ci è nessuno, &c.

Tunc D. mandauit per me, &c. & ad omnē bonum finem, & effectum exhiberi, legi, & vulgari sermone exponi ipsi C. ad claram eiusdē intelligentiam quandam Sententiam capitalē vltimi supplicii, & cōfiscationis bonorum latā contra ipsum, per Magnificum, & Excell. D. P. Locumtenentem, etc. sub die . . . mensis . . . . præteriti anni . . . . sub rogitu mei *Notarij*, prout in libro, etc. fol. etc.

Qua sibi lecta per me, etc. & vulgari sermone exposita, de verbo ad verbum, prout iacet alta, et intelligibili voce, et per ipsum bene audita, et intellecta, vt asseruit, fuit ipse C. per. D.

Interrogatus, an ipse C. sit illemet Sempronius N. filius B. re, corpore, et substantia, de quo explicitè cātat dicta Sentētia, et qui in ea reperitur condemnatus pro homicidio, et fractione pacis in pœnam vltimi supplicii, et confiscatione bonorum.

15 Respondit: Io son Sempronio *N.* figliuolo di B.

B. in corpo, e sostanza, ma non hò mai fatto tal delitto, che mi s'imputa in detta Sentenza, e mi stupisco, come ne possa esser condemnato.

Interrogatus, an de familia N. sit aliquis alius Sempronius nuncupatus.

Respondit: Signor nò, che nella famiglia delli N. non ci è altro Sempronio, che io.

14 † Tunc D. huiusmodi recognitionem ipsius C. acceptauit, illamque fuisse, fore, et esse ritè, et legitime factam, ac Sententiam prædictam suis loco, et tempore, prout iuris fuerit exequendam pronunciauit, etc.

15 † Hoc decretum solent nonulli Iudices adhibere post acceptam responsionem, quod nullus alius reperitur, et ego vidi pluries fieri, et pluries etiam non fieri à Iudicibus simile decretum, et equidem, si fiat, puto rectè fieri; si omittatur, arbitror omittentes non omninò malefacere.

16 † Fit etiã aliquo modo huiusmodi recognitio, siue processus recognitionis, quia Fiscalis, vel eius substitutus exhibet coram Iudice Sententiam condemnatoriam originalem, vel eius copiam authenticam, non cassam, nec in aliqua parte vitiatam; et petit præuia ipsius condemnati recognitione, ac ipso super complicibus. etc. vt inferius demonstrabimus torto, illã contra prædictum condemnatum executioni demandari; protestando etiam quod non inferatur vnquam quomodocunque, aut qualitercun-

cunque aliquod præiudicium dictæ sententiæ, & iuribus Fisci, ac aliis sententiis contra eundem forsan latis, & producit etiam processum desuper formatum in parte, & partibus, &c. petens ius,& iustitiam sibi administrari, & Iudex pronunciat se paratum esse suis loco, & tempore ius, & iustitiam administrare. Postea constituitur, & examinatur reus iuxta superius traditum ordinem: talis autem erit forma, videlicet.

Die .... Mensis .... Anni.

17 † Coram M.& Excell.D.M.Aurelio de Domo, Illustriss.& Reuer. D.Almæ Vrbis Guber. Locumtenen. meque, &c. Comparuit Magn. Excell. D.Io. Iac. Nerottus S. D. N. PP. & R. C.A.Procurator Fiscalis,& exhibuit,ac produxit quoddam Instrumentum, siue transumptũ in publicam formam redactum per B.Cancellarium,&c.non cassum, nec cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum, cuiusdam sententiæ latæ per Magnificum, & Excellentem D. P. Locumtenentem,&c. ac rogatum per *N. N*otarium,de anno,&c. mense,&c. tenoris prout in ea,contra Sempronium *N.* de *N*apoli,incolam,&c. ad præsens in carceribus Turris *N*onę carceratum, & quosdam alios eius complices, in qua tam dictus Sempronius, quam præfati eius complices reperiuntur condemnati in pœnam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, &c. occasione delictorum,de quibus in

dicta sententia, & petijt,ac instetit, facta prius debita personæ dicti Sempronii recognitione, ac ipso super complicibus,& aliis delictis iuxta solitum, iuris, & facti remedijs opportunis examinato ad debitam dictæ sententiæ executionem iuxta Summorum Pontificum sacrarum Constitutionum, statutorum, & bannimentorum formam deuenire, alias, &c. præmissa semper protestatione, quòd per quascũque interrogationes dicto Sempronio faciendas, & responsiones ab eodem dandas nullum censeatur præiudicium fieri supradictæ sententiæ, ac iuribus fisco quomodocunque,& qualitercunque hactenus acquisitis, aliisque sententiis vbique locorum contra eundem forsan latis,de quibus,etc. omni,etc. Et insuper exhibuit, & produxit in parte tamen, & partibus pro Fisco, & Curia facientibus, & non alias, aliter, nec alio modo, quemdam processum, siue copiam authenticam processus, folio,&c. fabricatum per eundem Magnificum & Excellentem Dominum P. Locumtenentem incipientem,etc. finientem,etc.sub rogitu eiusdẽ *N.* *N*otarii, & in authenticam formam redactum per *N.N*otarium, ac Cancellarium, &c. (& ita si vnus rogatus fuit, alius vero describi fecit,& publicauit) tenoris,&c. prout in eo, & petijt, ac instetit dictum processum diligenter videri, & super contentis in eo dictum aduersarium cum protestatione de qua supra dili-

gen-

genter examinari, & sibi comparenti ius, & iustitiam administrari omni meliori modo, alias, &c.

18 † Qui Magn. & Excell. D. *N.* Locumtenens, sedens, etc. visis supradictis sententia, et processu, et præmissis auditis obtulit se paratum suis loco, et tempore ius, et iustitiam administrare, omni meliori modo, etc.

Successiue.

19 † Constitutus personaliter, etc.

Quidam homo, etc.

Interrogatus de nomine, etc.

Respondit, etc.

Interrogatus, an in Ciuitate *N*eapoli, etc.

Respondit, etc.

Et prædicta extende, vt superius tibi docui.

Deinde

Interrogatus, an ipse Constitutus, fuit vnquam processatus, et inquisitus, et condemnatus pro aliquo delicto, et quo.

Respondit, Io non son stato mai processato, inquisito, nè condennato per delitto nessuno, che io sappia.

Et monitus, vt bene aduertat; quia aperte Curiæ constat, quod ipse C. fuit processatus, inquisitus, et condemnatus pro quibusdam delictis, et absque dubio plusquam verisimile est, quod ipse C. de prædictis notitiam habuerit, et habeat.

Respondit; Io Signore non hò saputo mai

niente di questo,che V.S. mi dice,e non ne sò niente, e molto me ne marauiglio.

Tunc Dominus ad conuincendum ipsum C. de mendacio, ac ad omnem alium meliorem finem, et effectum, exhibuit eidem Constituto sententiam capitalem, de qua supra per Magnificum, et Excellentem Dominum B. Fiscalem productam, latam, et promulgatã per Magnificum et Excellentem Dominum P. olim Locumtenentem, etc. mandauit eam per me ad claram ipsius C. intelligentiam legi, et vulgari sermone exponi à principio vsq; ad finem.

Qua per me lecta, et vulgariter exposita, et bene per ipsum C. vt asseruit,audita,et intellecta fuit per D.

Interrogatus,an ipse C. sit illemet Sempronius, etc.

Respondit,etc.

Interrogatus, an de familia,etc.

Respondit, etc.

Tunc, etc.

20 † Solet etiam quandoq; altius sumpto examine cum dicto condemnato ad exhibitionẽ & recognitionem personæ illius deueniri, quia præmissa protestatione, de qua supra cum descriptione personæ ipsius condennati,vt ostendi,poterit is interrogari de nomine, & cognomine, Patre, patria,exercitio, ætate, de loco in quo fuit captus, quomodo,et quãdo adductus

ad carceres, quid faceret in loco, in quo captus fuit, an haberet socios, et quos, et quo modo cum illis se associasset, per dicta loca, in quibus cõuersatus fuit, quo modo victũ sibi parauerit, et alia similia interrogatoria fieri poterũt, quibus ipse C. eò perducatur, vel inuitus cogatur confiteri se esse contumacem Curiæ, et bannitum; et tunc habita huiusmodi confessione erit ei exhibenda sententia contra ipsum lata sub forma verborum superius annotatorum.

Vel sic.

Et exhibita ipsi C. per me de mandato D. quadam sententia capitali contra ipsum C. et alios nonnullos in ea nominatos, vel descriptos lata sub die, etc. mensis, etc. anni, etc. per Magn. D. M. Aurel. de Domo Locumtenentẽ, etc. sub rogitu B. actuarij, etc. tenoris, etc. ea eidem per me vulgariter, et per eundem Constitutum bene, vt asseruit, audita, et intellecta fuit per Dominum.

Interrogatus, an ipse C. sit illemet, etc.

Respondit, etc.

Tunc, etc.

Aliis etiam modis, et formis ad dictum examen, et recognitionem deueniri solet. Verum quia paulò sunt absimiles, et in substantia idem important, propterea visum est mihi supradictas tantum formas magis vsitatas annotare.

SCHOLIA IN CAP. I.

IDentitas personæ bannitæ in primis excutienda est, quia sicuti ad executionem sententiæ procedi non potest deficiente extremo necessario, ideo (si fieri potest) ab eo habenda est ore proprio, et hæc confessio superat omnes probationes.

Circa recognitionem banniti capti, et processum instruendum. Carthar. insistit, vt nemo eo accuratior in suo tract. de execut sentent. contumaci capt. bannito. cap. 2. per tot. et ibi multas recenset quæstiones.

Pernecessaria est hæc recognitio multis de causis.

Prima, quando ignoratur nomen homicidę qui descriptus fuit per signa, staturam, habitationem, vestes, et alias circumstātias, ex quibus processum fuit ad cōdemnationem, Carthar. d. cap. 2. 4. 5.

2 Quando in libello inquisitionis erratum fuisset in nomine, patria, parum hic error nocet veritati: Ideo sententia vt sit valida debet fieri recognitio, et post recognitionem executio ibi. num. 6. vers. prout.

3 Quando qualitates capti non conueniunt cum qualitatibus banni, et sententiæ.

4 Quando in loco essent plures eiusdē nominis; et hæc quæstio contigit in ciuitate Papię in per-

persona cuiusdam Ismaelitæ, vulgo Cingani cōdemnati de robariis, qui se defendebat, quod esset alter Aethiops eiusdem nominis, et staturæ. Pro quo ego consului; nescio autem, qualis fuerit exitus.

In recognitione serua praxim authoris descriptā ex Carthar. d. cap. 2. num. 16. cum seq. Verum quia articulus hic est multum controuersus; ideo formabo aliquas conclusiones, vt si casus tulerit, ad eas citra multorum librorū reuolutionem recurrere possis.

Prima est conclusio, quod bannito capto, & per Notarium scripta eius qualitate, statura, vestimentis, ætate, si ille fatebitur esse eum, qui ita vocatur in processu, et sentētia, tūc dicitur sufficienter recognitus, nec vlterius est insistendum, sed ad executionem sententiæ, nisi aliud iuridicum obstet, procedendum est: ista est clara, et indubitata veritas, de qua per Clar. q. 96. vers. quęro nunquid, Boss. in tit. bannit. quid amittant. num. 18. Rol. à Valle cons. 60. num. 26. tom. 2. legenda tamen ei est sententia, et vulgarizanda, Farinac. qu. 11. num. 24. circa fin.

Secunda conclusio, quod lecta sententia, et fatente bannito, quod ille est, de quo fit mentio in sententia, non est opus, quod fateatur, se illud delictum cōmisisse: qui articulus, etsi disputabilis sit, attamen est veritas Carth. cap. 2. num. 26. vers. sed verior,

in tract. de execut. sent. cap. bannit., vbi quod sat est, vt fateatur esse illud corpus, et illum, qui fuit citatus, et bannitus. Vnde male-faciunt Iudices, qui cogunt reum fateri, quod ille est, qui deliquit, quia talis practica est multum periculosa, ne dicam facinorosa. Dicit tamen Boss. quem refert Clar. qu. 96. vers. quæro nunquid, quod Senatus aliquando obseruat contrarium: et quod prima opinio sit verior, firmat Scacc. q. 97. n. 180. vers. si de tortura.

Tertia conclusio, quòd si bannitus neget se esse illum, de quo in banno, poterit Iudex illũ torquere, vt confiteatur se esse illam personam descriptam in banno, Clar. ibidem, vbi citat Marsil. sing. 72. per tot. et Rol. dicto consil. 60. n. 27. Qui tamen Marsil. ne verbum quidem facit de tortura, et hoc est verũ deficientibus alijs probationibus, quia tortura est remedium subsidiarium, et præcedentibus legitimis inditiis contra dictum nominatum. Quod si aliunde potest haberi veritas identitatis, non debet quis pro ea habenda tormentis subiici. Hoc expressim declarat Scacc. q. 92. nu. 125. vers. et hanc quidam.

Quarta conclusio, quando bannitus dicit se alio nuncupari nomine, quam legatur in banno, tunc recurrendum est ad testes, qui illum recognoscant, qui cum de vita hominis agitur debẽt esse omni exceptione maiores, Farinac.

q.11.n.25. vers. amplia. 4. & tunc quia paria sunt, quem esse confessum, vel testibus conuictum, poterit decapitari, & testes, qui deponunt illum cognoscere per nomen, & cognomen, debent addere illum esse eundemmet, qui de delicto arguitur, & de quo in sententia.

Quinta conclusio, quod si bannitus ex inditiis contra eum resultantibus tortus persistat in negatiua, nec, vt supra, à testibus conuincatur, erit dimittendus, & absoluendus: id quod factum est cum P. Frãcisco Porro Mediolanẽsi, qui occiderat quamdam meretricem in ciuitate Venetiarum, & omnia iocalia abstulerat: Recognitus fuit vti bannitus ab vno ex testibus adductis è dicta ciuitate per illius aduersarium adhuc superstitem: tortusque cruciatu leni iussu Senatus negauit, & fuit absolutus. Non ita contigit Alexandro Cabiato ob sodomiam in contumaciam bannito, qui captus fuit, ex eo, quod haberet ensem extra corrigiã, cumque nomen negasset suum, statim fuit recognitus tunc à satellitibus, & aliis, & denique Deo tantorum scelerum vindice iustissimo flãmis combustus. Dicit tamen, & bene Scacia. q.97.num.175.vers. si est semiplene, quod recognitus ab vno teste potest in summo gradu tormentari, & tortura omissa posset exequi sententia cum mitigatione pœnæ; si minus quã semiplene recognitus est, potest relaxari cum fideiussione de repræsentando.

Se-

Sexta conclusio; Iudex habita tali recognitione debet interloquendo declarare eum esse illum, de quo in sententia, & ideo eam fore executioni mandandam. Farinac. d. q. xj. nu. 25. vers. amplia. 5.

Plures alias in hac materia conclusiones cõstituere possum, sed quia frequentiores sunt, has paucis compendio perstringere volui. Plenius exequuntur Chart. Farinac. & Scacc. ex quorũ tractat. sitim huiusmodi compescere poteris.

Aduerte rogo, ne postquam bannitus confessus fuerit, & torquendus sit super aliis, super quibus torqueri potest, eum interroges, vel torqueas super delicto principali, sed fac tuam protestationem in ampla forma, iuxta methodum hic præfixam nu. x. quam pluribus exornat Chartar. cap. 2. nu. 45. & seq. d. tract. de execut. sentent. cap. bann. quia magistraliter loquitur de eius formula concipienda. Author hic nume. 12.

Num. 14. Tunc Dominus.

ISta interlocutoria Iudicis est vtilis non necessaria, vt s. dixi, hoc eodem capitulo, versi. sexta concl. & hic num. 15.

S V M M A R I V M.

1 *Bãnitus negans se esse illũ, de quo fit mentio in sentẽtia, debet conuinci per testes, si potest, quod sit ille nominatus in sententia.* 2 *Et*

2 *Et teſtes debent deponere , quod eſt ille deſcriptus in Sententia,nec ſufficit, quod dicat , quod vocatur tali nomine .*

3 *Recognitio talis banniti per teſtes debet fieri illo poſito inter plures .*

4 *Forma faciendæ dictæ recognitionis reo poſito inter plures .*

5 *Bannitus conuictus per teſtes, quod ſit ille deſcriptus in Sententia,quamuis neget,poteſt puniri pœna expreſſa in Sententia .*

6 *Bannitus , ſi habet plura nomina , ſi ſub vno ſit condemnatus , ſufficit, quod ſub illo recognoſcatur à teſtibus .*

7 *Bannitus negans ſe eſſe illum deſcriptum in Sententia , ſi non poteſt conuinci per teſtes , debet torqueri pro habenda confeſſione ſuper identitate perſonæ, & quomodo .*

8 *Bannitus, qui eſt torquendus , vt fateatur ſe eſſe illum deſcriptum in Sententia,quibus interrogatorijs interrogari poſſit .*

9 *Forma decreti faciendi , quando Iudex vult torquere Bannitum , vt fateatur ſe eſſe illum deſcriptum in condemnatione .*

10 *Si Bannitus fateatur ſe illum , de quo in Sententia mentio fit , licet non fateatur delictum commiſiſſe , condemnari tamen poteſt.*

Quid

Quid faciendum, si reus negat se esse illum descriptum in Sententia.

Caput Secundum.

1 SI Bannitus, & condemnatus negat se esse illum, de quo in Sententia mentio fit. Tunc videndum est, an adsint testes, qui illũ possint recognoscere, & conuincere, quod sit illemet in Sententia prædicta nominatus, & de crimine in ea contento inculpatus, Chart. de
2 exec. Senten. cap. 2. num. 34. † non enim satis est, quod testes dicant, quod vocatur tali nomine, nisi etiam dicant, quod est ille, de quo mentio fit in Sentẽtia. Char. d. c. 2. nu. 40. & seq.
3 † Hæc autem recognitio fieri debet posito ipso reo condemnato inter duos, vel plures alios, vt euitetur omnis occasio fabricandi falsum. Char. d. c. 2. nu. 36. & seq. & talis erit forma, videlicet.
4 † Interrogatus, & monitus, vt bene aduertat dicere veritatem, quia non desunt plures testes, qui poterunt recognoscere ipsum Constitutum vocari Sempronium, non autem Ioan. Antonium, & esse illum eundem, de quo agitur, & fit mentio in Sententia, & qui in ea est condemnatus.

Respondit: Io vi dico, che non sono altrimente quel Sempronio, del quale si fà mentio-

ne

ne,& è condemnato in detta Sentenza, & non si trouerà mai,che io sia altro, che Gio. Antonio (come vi hò detto,e mi vergognarei à mutare il nome).

Tunc Dominus ad conuincendum ipsum Constitutum de mendacio, & ad disponendū ipsum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum mandauit ad locū examinis adduci tres alios, qui magis similes ætate, statura, et effigie ipsi C. reperiri potuerunt.

Quibus adductis idem D. mandauit eos in ordine poni, et inter illos poni etiam ipsum Constitutum; et ad illorum faciem successiue mandauit vocari Paulum N. de Florentia: qui ad faciem prædictorum adductus, & sibi iuramento ueritatis dicendæ delato, prout,&c. iurauit,fuit per D.

Interrogatus, an cognouerit, & cognoscat Semproniū N. de Napoli olim incolam Vrbis.

Respondit: Signor sì, che io conosco Sempronio N. da Napoli già habitante in Roma.

Interrogatus, quomodo, & quanto tempore citra illum cognoscat.

Respondit: Io lo cognosco da più di trè anni in quà con occasione, che habbiamo magniato vn tempo insieme vn medesimo pane: perche lui staua per seruitore co'l Signor N. che morì l'altro giorno, del quale io era Maestro di Casa.

Inter-

Interrogatus, quãdiu sit, quod dictum Sempronium non vidit.

Respondit: Io non hò veduto detto Sempronio dapoi, che si disse, che lui haueua ammazzato Fabritio di N. che non mi ricordo, quanto tempo sia, che all'hora lui si partì dal detto Signor N & dapoi non l'hò visto più.

Interrogatus, quomodo sciat, quod tunc diceretur, quod dictus Sempronius Fabritium interfecisset.

Respõdit: Io sò, che si diceua, che Sẽpronio, haueua amazzato Fabritio, perche all'hora la Corte mandò à far'inuentario delle robbe di Sempronio in casa del detto Signor *N.* mio patrone, & poi gli mandò anco il monitorio, e si diceua publicamente, che lui haueua ammazzato il detto Fabritio.

Interrogatus, an, si dictum Sempronium modo videret, illum recognosceret.

Respondit: Senza dubbio io riconoscerei detto Sempronio, se lo vedessi adesso.

Et D. dicente, vt modo inspiciat istos quatuor, qui sibi exhibentur, sic in ordine constitutos; & dicat pro veritate, an inter præfatos adsit; & reperiatur ille Sempronius, de quo modo interrogatus fuit, & qui dicebatur, quod Fabritium interfecerat.

Respondit: Signore io hò veduto benissimo questi quatro giouani che stanno, qui per fila, & vi dico, che frà di loro ci è quel Sempronio,

del

del quale adesso mi hauete dimandato, & che si diceua, che haueua ammazzato Fabritio Capuano.

Et D. subiungente, vt dicat, & designet, quinam ex dictis quatuor iuuenibus sit ille Sempronius, & manu illum tangat.

Respondit, mouens se de loco ad locum, & manu tangens dictum Constitutum tertium in ordine positum: Signore, questo qui, che è il terzo nella fila, è quel Sempronio, del quale mi hauete dimandato, & io vi hò risposto di sopra, Præsente d. Sepronio C. & dicente, Signor costui non sò chi sia, non lo conosco, e non può conoscerme, & io non sò, quel che lui dica, perche non fui mai, e non hebbi nome Sēpronio, come dice lui, ma si bene mi chiamo Gio. Antonio, come vi hò detto di sopra, e non sono stato mai col Sig. *N.* ne sò chi sia questo Sig. *N.*

Replicante dicto Paulo adducto, & dicente, Io dico, che lui si chiama Sempronio, e non Gio. Antonio, e così si faceua chiamare, & era chiamato da tutti, & lo riconosco benissimo per quel Sempronio, che vi hò detto poco fà.

Et cum vterque persisteret in suo dicto, D. licentiauit dictum adductum: & successiuè ad magis conuincendum ipsum C. de mendacio, & ad magis disponendum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finē, & effectū mandauit adduci Cæsarem *N.* de *N.*

Qui

SCHOLIA IN CAP. I.

IDentitas personæ bannitæ in primis excutienda est, quia sicuti ad executionem sententiæ procedi non potest deficiente extremo necessario, ideo (si fieri potest) ab eo habenda est ore proprio, et hæc confessio superat omnes probationes.

Circa recognitionem banniti capti, et processum instruendum. Carthar. insistit, vt nemo eo accuratior in suo tract. de execut sentent. contumaci capt. bannito. cap. 2. per tot. et ibi multas recenset quæstiones.

Pernecessaria est hæc recognitio multis de causis.

Prima, quando ignoratur nomen homicidę qui descriptus fuit per signa, staturam, habitationem, vestes, et alias circumstãtias, ex quibus processum fuit ad cõdemnationem, Carthar. d. cap. 2. 4. 5.

2 Quando in libello inquisitionis erratum fuisset in nomine, patria, parum hic error nocet veritati: Ideo sententia vt sit valida debet fieri recognitio, et post recognitionem executio ibi. num. 6. vers. prout.

3 Quando qualitates capti non conueniunt cum qualitatibus banni, et sententiæ.

4 Quando in loco essent plures eiusdẽ nominis; et hæc quæstio contigit in ciuitate Papię in

per-

persona cuiusdam Ismaelitæ, vulgo Cingani cōdemnati de robaria, qui se defendebat, quod esset alter Aethiops eiusdem nominis, et staturæ. Pro quo ego consului; nescio autem, qualis fuerit exitus.

In recognitione serua praxim authoris descriptā ex Carthar. d. cap. 2. num. 16. cum seq. Verum quia articulus hic est multum controuersus; ideo formabo aliquas conclusiones, vt si casus tulerit, ad eas citra multorum librorū reuolutionem recurrere possis.

Prima est conclusio, quod bannito capto, & per *N*otarium scripta eius qualitate, statura, vestimentis, ætate, si ille fatebitur esse eum, qui ita vocatur in processu, et sentētia, tūc dicitur sufficienter recognitus, nec vlterius est insistendum, sed ad executionem sententiæ, nisi aliud iuridicum obstet, procedendum est: ista est clara, et indubitata veritas, de qua per Clar. q. 96. vers. quęro nunquid, Boss. in tit. bannit. quid amittant. num. 18. Rol. à Valle cons. 60. num. 26. tom. 2. legenda tamen ei est sententia, et vulgarizanda, Farinac. qu. 11. num. 24. circa fin.

Secunda conclusio, quod lecta sententia, et fatente bannito, quod ille est, de quo fit mentio in sententia, non est opus, quod fateatur, se illud delictum cōmisisse: qui articulus, etsi disputabilis sit, attamen est veritas Çarth. cap. 2. num. 26. vers. sed verior,

 in-

in tract. de execut. sent. cap. bannit., vbi quod sat est vt fateatur esse illud corpus, et illum, qui fuit citatus, et bannitus. Vnde malefaciunt Iudices, qui cogunt reum fateri, quod ille est, qui deliquit, quia talis practica est multum periculosa, ne dicam facinorosa. Dicit tamen Boss. quem refert Clar. qu. 96. vers. quæro nunquid, quod Senatus aliquando obseruat contrarium: et quod prima opinio sit verior, firmat Scacc. q. 97. n. 180. vers. si de tortura.

Tertia conclusio, quod si bannitus neget se esse illum, de quo in banno, poterit Iudex illũ torquere, vt confiteatur se esse illam personam descriptam in banno, Clar. ibidem, vbi citat Marsil. sing. 72. per tot. et Rol. dicto consil. 60. n. 27. Qui tamen Marsil. ne verbum quidem facit de tortura, et hoc est verũ deficientibus alijs probationibus, quia tortura est remedium subsidiarium, et præcedentibus legitimis indiciis contra dictum nominatum. Quod si aliunde potest haberi veritas identitatis, non debet quis pro ea habenda tormentis subiici; Hoc expressim declarat Scacc. q. 92. nu. 125. vers. et hanc quidam.

Quarta conclusio, quando bannitus dicit se alio nuncupari nomine, quam legatur in banno, tunc recurrendum est ad testes, qui illum recognoscant, qui cum de vita hominis agitur debẽt esse omni exceptione maiores, Farinac.

q. 11.

q.11.n.25. vers. amplia.4. & tunc quia paria sunt, quem esse confessum, vel testibus conuictum, poterit decapitari, & testes, qui deponunt illum cognoscere per nomen, & cognomen, debent addere illum esse eundemmet, qui de delicto arguitur, & de quo in sententia.

Quinta conclusio, quod si bannitus ex inditiis contra eum resultantibus tortus persistat in negatiua, nec, vt supra, à testibus conuincatur, erit dimittendus, & absoluendus: id quod factum est cum P. Frãcisco Porro Mediolanẽsi, qui occiderat quamdam meretricem in ciuitate Venetiarum, & omnia iocalia abstulerat: Recognitus fuit vti bannitus ab vno ex testibus adductis è dicta ciuitate per illius aduersarium adhuc superstitem: tortusque cruciatu leni iussu Senatus negauit, & fuit absolutus. Non ita contigit Alexandro Cabiato ob sodomiam in contumaciam bannito; qui captus fuit, ex eo, quod haberet ensem extra corrigiã, cumque nomen negasset suum, statim fuit recognitus tunc à satellitibus, & aliis, & denique Deo tantorum scelerum vindice iustissimo flãmis combustus. Dicit tamen, & bene Scacia. q.97.num.175.vers. si est semiplene, quod recognitus ab vno teste potest in summo gradu tormentari, & tortura omissa posset exequi sententia cum mitigatione pœnæ; si minus quã semiplene recognitus est, potest relaxari cum fideiussione de repræsentando.

Se-

Sexta conclusio; Iudex habita tali recognitione debet interloquendo declarare eum esse illum, de quo in sententia, & ideo eam fore executioni mandandam. Farinac. d. q. xj. nu. 25. vers. amplia. 5.

Plures alias in hac materia conclusiones cōstituere possum, sed quia frequentiores sunt, has paucis compendio perstringere volui. Plenius exequuntur Chart. Farinac. & Scacc. ex quorū tractat. sitim huiusmodi compescere poteris.

Aduerte rogo, ne postquam bannitus confessus fuerit, & torquendus sit super aliis, super quibus torqueri potest, eum interroges, vel torqueas super delicto principali, sed fac tuam protestationem in ampla forma, iuxta methodum hic præfixam nu. x. quam pluribus exornat Chartar cap. 2. nu. 45. & seq. d. tract. de execut. sentent. cap. bann. quia magistraliter loquitur de eius formula concipienda. Author hic nume. 12.

Num. 14. Tunc Dominus.

ISta interlocutoria Iudicis est vtilis non necessaria, vt s. dixi, hoc eodem capitulo, versi. sexta concl. & hic num. 15.

S V M M A R I V M.

1 *Bānitus negans se esse illū, de quo fit mentio in sentētia, debet conuinci per testes, si potest, quod sit ille nominatus in sententia.* 2 *Et*

2 *Et testes debent deponere, quod est ille descriptus in Sententia, nec sufficit, quod dicat, quod vocatur tali nomine.*

3 *Recognitio talis banniti per testes debet fieri illo posito inter plures.*

4 *Forma faciendæ dictæ recognitionis reo posito inter plures.*

5 *Bannitus conuictus per testes, quod sit ille descriptus in Sententia, quamuis neget, potest puniri pœna expressa in Sententia.*

6 *Bannitus, si habet plura nomina, si sub vno sit condemnatus, sufficit, quod sub illo recognoscatur à testibus.*

7 *Bannitus negans se esse illum descriptum in Sententia, si non potest conuinci per testes, debet torqueri pro habenda confessione super identitate personæ, & quomodo.*

8 *Bannitus, qui est torquendus, vt fateatur se esse illum descriptum in Sententia, quibus interrogatorijs interrogari possit.*

9 *Forma decreti faciendi, quando Iudex vult torquere Bannitum, vt fateatur se esse illum descriptum in condemnatione.*

10 *Si Bannitus fateatur se illum, de quo in Sententia mentio fit, licet non fateatur delictum commisisse, condemnari tamen potest.*

Quid

Quid faciendum, si reus negat se esse illum descriptum in Sententia.

Caput Secundum.

1 SI Bannitus, & condemnatus negat se esse illum, de quo in Sententia mentio fit. Tunc videndum est, an adsint testes, qui illũ possint recognoscere, & conuincere, quod sit illemet in Sententia prædicta nominatus, & de crimine in ea contento inculpatus, Chart. de
2 exec. Senten. cap. 2. num. 34. † non enim satis est, quod testes dicant, quod vocatur tali nomine, nisi etiam dicant, quod est ille, de quo mentio fit in Sentẽtia. Char. d. c. 2. nu. 40. & seq.
3 † Hæc autem recognitio fieri debet posito ipso reo condemnato inter duos, vel plures alios, vt euitetur omnis occasio fabricandi falsum. Char. d. c. 2. nu. 36. & seq. & talis erit forma, videlicet.
4 † Interrogatus, & monitus, vt bene aduertat dicere veritatem, quia non desunt plures testes, qui poterunt recognoscere ipsum Constitutum vocari Sempronium, non autem Ioan. Antonium, & esse illum eundem, de quo agitur, & fit mentio in Sententia, & qui in ea est condemnatus.

Respondit: Io vi dico, che non sono altrimente quel Sempronio, del quale si fà mentione

ne, & è condemnato in detta Sentenza, & non si trouerà mai, che io sia altro, che Gio. Antonio, come vi ho detto, e mi vergognarei à mutare il nome.

Tunc Dominus ad conuincendum ipsum Constitutum de mendacio, & ad disponendũ ipsum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum mandauit ad locũ examinis adduci tres alios, qui magis similes ætate, statura, et effigie ipsi C. reperiri potuerunt.

Quibus adductis idem D. mandauit eos in ordine poni, et inter illos poni etiam ipsum Constitutum; et ad illorum faciem successiue mandauit vocari Paulum N. de Florentia: qui ad faciem prædictorum adductus, & sibi iuramento ueritatis dicendæ delato, prout, &c. iurauit, fuit per D.

Interrogatus, an cognouerit, & cognoscat Semproniũ N. de Napoli olim incolam Vrbis.

Respondit: Signor si, che io conosco Sempronio N. da Napoli già habitante in Roma.

Interrogatus, quomodo, & quanto tempore citra illum cognoscat.

Respondit: Io lo cognosco da più di trè anni in quà con occasione, che habbiamo magniato vn tempo insieme vn medesimo pane: perche lui staua per seruitore co'l Signor N. che morì l'altro giorno, del quale io era Maestro di Casa.

Inter-

del quale adesso mi hauete dimandato, & che si diceua, che haueua ammazzato Fabritio Capuano.

Et D. subiungente, vt dicat,& designet, quinam ex dictis quatuor iuuenibus sit ille Sempronius,& manu illum tangat.

Respondit, mouens se de loco ad locum, & manu tangens dictum Constitutum tertium in ordine positum: Signore,questo qui, che è il terzo nella fila, è quel Sempronio, del quale mi hauete dimandato, & io vi hò risposto di sopra,Præsente d.Sepronio C.&dicente,Signor costui non sò chi sia, non lo conosco, e non può conoscerme, & io non sò, quel che lui dica,perche non fui mai, e non hebbi nome Sẽpronio, come dice lui, ma si bene mi chiamo Gio. Antonio,come vi hò detto di sopra,e non sono stato mai col Sig.*N.* ne sò chi sia questo Sig. *N.*

Replicante dicto Paulo adducto, & dicente, Io dico, che lui si chiama Sempronio, e non Gio. Antonio, e così si faceua chiamare, & era chiamato da tutti, & lo riconosco benissimo per quel Sempronio, che vi hò detto poco fà.

Et cum vterque persisteret in suo dicto, D. licentiauit dictum adductum: & successiuè ad magis conuincendum ipsum C. de mendacio, & ad magis disponendum ad veritatem fatendam,ac ad omnem alium meliorem finẽ, & effectũ mandauit adduci Cæsarem *N.* de *N.*

Qui

Qui adductus,& delato sibi iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. iurauit, fuit per Dominum.

Interrogatus,an cognoscat Sempronium.

Respondit.Signor si, che io lo conosco,&c.

Interrogatus, quomodo, & qua occasione illum cognouerit,& cognoscat.

Respondit: Io lo comminciai à conoscere dell'anno .... ch'egli staua per seruitore col Sig.*N.*

Interrogatus,an sciat, vel dici audierit,quod dictus Sempronius vnquam commiserit aliquod delictum,& quod.

Respondit; Io non sò,che detto Sempronio habbia fatto altro male; se non che si disse molti mesi sono, che lui haueua ammazzato Fabritio Capuano, che questo lo sentii dire all'hora publicamente da molte persone, e da quel tempo in quà detto Sempronio,non hà pratticato più.

Interrogatus, an si dictum Sempronium videret,&c.& fit recognitio,ut supra.

Quod si ipse C. adhuc in negatione persistat, tunc licentiatis dictis tribus adductis, & dicto Cæsare vltimo adducto, poterit etiam vlterius interrogari hoc modo, videlicet.

Et cum vterque persisteret in suo dicto, D. licentiauit dictos tres adductos, & prædictum Cæsarem vltimo loco adductum, et successiuè prosequendo examen cum ipso C.

Inter-

Interrogauit ipsum, quomodo audeat adhuc negare se nominari Sempronium, & esse illum Sempronium in Sententia descriptum, cum videat per tot testes de hoc esse conuictum.

Respondit: Dicano li testimonij quel che gli pare, Io mi chiamo Gio. Antonio, e non Sempronio.

Subdens ex se.

Io non hò mai hauuto nome Sempronio, & non hò mai fatto homicidio nessuno.

Interrogatus, quare velit, quod prædicti testes dicerent ipsum C. nominari Sempronium, si re vera Io. Antonius nuncuparetur.

Respondit: Che sò io, perche se lo dicano costoro, che io mi chiamo Sempronio. Io sò bene, che mi chiamo Gio. Antonio.

Interrogatus, & monitus per D. vt recedat ab huiusmodi obstinatione, & mendaciis, cum videat se esse testibus superatum, & non posse amplius negare se esse Sempronium, quia etiã quod neget, iam D. habet illum pro conuicto, & sententiam condemnatoriam, de qua supra, potest contra illum exequi facere.

Respondit: Se V. S. mi hà per conuinto, non sò che mi dire, Io non posso esser conuinto, di quello, che ne sono innocente, vi dimando le mie difese, che vi farò vedere, che io mi chiamo Gio. Antonio, e non Sempronio.

Tunc, &c.

5 † Et nota, quod licet talis bannitus in huius-

modi negatione perſiſteret, nihilominus ſi per teſtes erit ſufficienter conuictus, quod ſit ille, de quo cantat ſententia, illa poterit executioni demandari abſque alia ſua confeſſione. Moder.Rom.in tit.de inquiſ.q.11.num.25.

6 Nota etiam, quod ſi talis bannitus vocatur pluribus nominibus, & ſub vno condemnatus ſit, ſufficit poſtea, quod ſub eodem à teſtibus recognoſcatur. Bonacoſs. relatus in d. q.11.n. 15.verſ.& ſi pariter.

7 †Quod ſi talis bannitus condemnatus conuinci non poterit, videlicet, ipſum eſſe illum, de quo in banno, & condemnatione mentio ſit, puta, quia non adſunt teſtes, qui illum recognoſcant, in numero ſufficientes, adeſt tamen ſaltem vnus, vel alia ſcatent indicia ex ipſius condemnati cōfeſſione, vel aliunde acquiſita, quod ille ſit.Moder.Rom. in d.tit. de inquiſit. d.q.11.n.35.verſ.amplia rurſus,poteris tunc ipſum torquere pro habenda confeſſione ſuper identitate perſonæ,& illius recognitione. Char.

8 de exec ſentent. c.2.nu.32.& ſeq. † Erit autem talis condemnatus tunc interrogandus non ſolum de nomine,cognomine, pronomine,parētibus,patria,fratribus, ſororibus,conſanguineis, affinibus,bonis,domo,vicinis, & alijs qualitatibus,de quibus ſupra admonuimus,Verum etiā de tempore diſceſſus à patria,vbi fuerit poſtea, qua de cauſa diſceſſerit,an cognouerit talem, an ſibi eſſet amicus,vel è contra, an ſciat,quod

illi euenerit aliquid mali, & quid, an dici audierit, quod fuerit interfectus, à quo, & quando, in quo loco, quo genere armorum, quomodo, qua de causa: an sciat, quod ipse fuerit imputatus de dicto homicidio, & quare, an fuerit dicta de causa inquisitus, citatus, bannitus, condemnatus: & sic pariter poteris alia interrogatoria opportuna adnectere, prout natura causæ, inditiorum, & ipsius condemnati responsiones suadebunt. Chart. de execut. sentent. c. 2. nu 33. & vbi videbitur tibi, quod adsint sufficientia ad torquendum indicia, poteris ad torturam, vt dictum est, ad effectum prædictum deuenire. Hæc autem erit forma, videlicet.

9 † Interrogatus, & monitus per D. vt caueat à mendacijs, & veritatem dicat, an sit ille Sempronius, de quo fit mentio in dicta sententia, cum iam videat se non posse negare aliquo modo, alias deuenietur contra ipsum ad opportuna iuris, & facti remedia.

Respondit: Fate quel che vi pare, che io non posso dire quel che non è, io mi chiamo Gio. Antonio, e non Sempronio.

Tunc D. visa obstinatione ipsius Constituti, stante depositione N. & eius confrontatione facta cum ipso constituto, qui in eius faciem asseruit ipsum Constitutum vocari Sempronium, non autem Ioannem Antonium, attentis etiam variationibus eiusdem Cōstituti mē-

daciis, & inuerisimilibus responsionibus, de quibus supra: ad habendum tantummodo cõfessionem super identitate personæ ipsius Cõstituti,& an ipse re vera sit ille Sempronius nominatus in dicta Sententia, cum aliter ab ipso haberi non possit, & non aliàs,aliter, nec alio modo, &c. et sine præiudicio prædictæ sententiæ, et iurium Fisco quomodocunque, & qualitercunque acquisitorum, et competentium, repetitis semper protestationibus,de quibus supra,de verbo ad verbum, et iuxta illarum formam, et non alias, etc. mandauit ipsum C.duci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, et funi applicari.

10 † Quod si tortus fateretur se esse illum Sempronium descriptum in sententia,quamuis nõ dicat se delictum commisisse,Chart.de execut. sent. cap.2. n. 26. ad dictæ sententiæ executionem deueniri poterit: si vero perstiterit in negatiua, relaxandus, et liberandus erit. Moder. Rom. d.q. 11.num.25.versicul. amplia rursus, in fin.

SCHOLIA IN CAP. II.

Si Bannitus.

QVando bannitus negat,quid facien.supra dictum est.

Num.

Num.2.Non enim.

QVod hæc duo copulatiuè sint probanda per testes, Primo identitas nominis, et cognominis. Secundò, quod sit ille, de quo in sententia, supra in proximo capitulo, in vers. quarta conclusio, in fin.

Num.3. Hæc autem recognitio.

OCcurrendum est, quantum fieri potest, ne in his recognitionibus faciendis per Iudices, locus sit imposturis, seu pro contra. Ideo author hic dicit esse exhibendum bannitum, et ponendũ medio inter duos tresuè eiusdẽ staturæ, vt euitetur occasiò fabricandi falsitates. De hac exhibitione plene Carthar. d. capit. 2. num. 36. et seq. qui multo plura docet, quam author in hoc manuali. Cæterum hæc recognitio inter alios non fit in recognitione cadaueris, vt scilicet ponatur inter alia cadauera, et cum indumento solito, Scacc. dicto cap. 79. nu. 175. in fin. De forma recognitionis plura apud eundẽ in cap. 86. nu. 59. qui licet loquatur de recognitione rei facienda testibus, tamen idem est in recognoscendo bannito.

Num.6. Et nota.

DE hoc superius dictum est in vers. quarta conclusio.

Num.7. Quod si tales.

Dictum fuit supra vers. Quinta.

Num.10. vers. Quod si.

De hoc supra vers. Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Si bannitus habeat linguam amputatam, vel sit mutus, aut surdus, si sciat scribere debebit respondere per scripturam, & num. 2.*

3 *Bannitus non habens linguam, mutus, vel surdus, qui scribere nouit potest per torturam cogi ad scribendum.*

4 *Quod si scribere nesciat erit per nutus, & signa interrogandus. & per nutus, & signa ille debebit respondere.*

5 *Notarius debet annotare signa, & nutus, quos facit Iudex interrogando, & eos, quibus vtitur reus respondendo.*

6 *Notarius si intelligat tales nutus, & signa, potest illa per se interpretari.*

7 *Alias adhibendi sunt vicini, consanguinei, affines, vel amici, qui dictos nutus, & signa intelligant.*

8 *Et debebunt pro interpretibus à Iudice deputari præstito iuramento.*

9 *Interpretes adhibendi sunt etiam quando bannitus loquitur idiomate extraneo, quod Notarius non intelligit.*

10 *Iudex non potest interpretari linguam extraneam, qua reus loquitur, licet illam intelligat.*

11 *Deputatio interpretum debet fieri in principio examinis præsente ipso examinando.*

12 *Interpres vnus sufficit si plures haberi non possunt.*

13 *Interpretes debent se subscribere in fine examinis.*

14 *For-*

14 *Forma examinandi talem bannitum carentem lingua, mutum, surdum, aut externo sermone loquentem.*

15 *Recognitio muti, & surdi nescientis scribere, quæ fit per nutus, & signa non est tuta, neque sufficiens, vt Sententia exequi possit.*

Quomodo fiat recognitio banniti, & condemnati non habentis linguam, muti, surdi, vel loquentis externo idiomate.

Caput Tertium.

1 SI contingeret, † quod talis bannitus post eius capturam, ne se & complices detegere cogeretur linguam sibi amputaret, vel alias iste talis esset mutus, & surdus, vel à natura, vel ex accidenti, ita vt loqui non posset, tunc capere debueris informationem, an iste talis scri-
2 bere sciuerit, † & si repereris, quod sic, tunc eidem interrogatoria scripta singula legenda propones, & ad illis respondendum per scripturam eundem coegeris. Chart. in tract. de
3 execut. Sent. cap. 2. num. 43. † Quod si recusaret scribere, posses tunc etiam per torturam ipsum ad scribẽdũ compellere, Chart. d. cap. 2. num. 44. & 45. prout ij, qui loqui valent, possunt per torturam cogi ad respondendum, vt superius tibi ostendi: ad quem locum pro forma te remitto. Habes sup. lib. 2. cap. 7.
4 † Si verò is scribere nesciret, tunc per signa,

& nutus erit interrogãdus, & similiter signis, & nutibus debebit ille respondere: Char. d. c. 2.
5 num. 46. & seqq. † & hoc casu debebit Notarius scribere in ipso Constituto, siue examine, quod iste talis est mutus, vel surdus, vel quod est sine lingua: & debebit pariter diligenter annotare signa, & nutus, quibus vtitur Iudex interrogando, item, & nutus, quibus vtitur reus respondendo, dicendo, verbi gratia, quod respondit, quod sic, annuendo capite, vel respondit, quod non, capite renuendo, &
6 sic de aliis signis, † quæ si *N*otarius intelligat, puta quia habeat conuersationem talis C. illa
7 poterit per se interpretari. † Si vero illa non intelligeret, tunc debebis adhibere vicinos, consanguineos, amicos, vel alios, qui nutus,
8 & signa prædicta intelligant, quos † pro interpretibus deputabis, præstando eis iuramentum de fideliter interpretando: & tunc *N*otarius scribet, quod ille talis per tales interpretes faciendo talia signa sic respondit, &c. Hæc omnia habes per Char. d. cap. 2. num. 50. & ista erit practica, prout tali practica, videlicet, de
9 adhibendo † interprete vti etiam habebis, quando talis bannitus esset alterius regionis, nec latinam, aut vulgarem linguam calleret,
10 vel aliam, quam *N*otarius intelligeret, † cum non sufficiat, quod Iudex per se dictam linguam intelligat, non enim potest ipse illam interpretari. Char. d. cap. 2. num. 52. & seqq.

† Ista

11 † Ista autem interpretum deputatio debebit fieri in principio examinis præsente ipso examinando, Bar. in l. 1. §. eadem ff. de verb. oblig. & debebit eis præstare iuramentum de fideli-
12 ter interpretando; vt dixi. † & sufficiet vnus interpres, si plures haberi non potuerunt, qui
13 † etiam in fine examinis debebunt se subscribere. Char. d. cap. 2. n. 55. & 56. Et his casibus, hac, vel simili verborum forma ad examen prædictorum deuenire poteris, videlicet.

Die . . . . . Mensis . . . . . Anni . . .

Forma constituti.

14 † Constitutus personaliter coram, &c. quidam iuuenis, &c. (& describe personam, vt supra te docui) & cum linguam amputatam haberet, vel mutus, aut surdus esset, ita quod loqui, aut audire non posset, nisi per nutus, & signa, quæ ego *N*otarius non intelligebam; vel qui, cum esset Gallus, & nesciret, aut latine, aut vulgari Italico loqui, et ego *N*otarius dictã linguã non intelligerẽ, D. mandauit vocari *N.* & *N.* consanguineos dicti Constituti, qui asseruerunt se intelligere dictos nutus, & signa. quæ fiebant per dictum constitutum, et nutibus, et signis cum eo loqui solere, vel *N.* & *N.* natione Gallos in Vrbe commorantes, qui Gallicam linguam, et vulgarem Italicam se callere dixerunt: quos sic ad faciem dicti Constituti deductos, et adhibitos. Idem D. deputauit interpretes mandando eis, vt quæ ipse D. inter-

interrogaret dicto Constituto nutibus, et signis solitis, vel lingua Gallica exponerent, et quæ ipse Constitutus suis signis, et nutibus, vel sua lingua respōderet, sibi, et mihi *N*otario, vulgari sermone referrent, et delato illis iuramento de fideliter omnia interpretādo, item et ipsi Constituto de veritate dicenda, prout tactis, etc. iurarunt præmissa per D. protestatione, etc. et pone protestationem, de qua supra.

Idem Constitutus ad opportunas ipsius D. interrogationes sibi per D. vulgarizatas, et per dictos *N.* et *N.* interpretes, vt supra deputatos præsentes, et assistentes ipsi Constituto interpretatas, dixit, et deposuit nutibus, et signis, vel suo sermone Gallico per eosdem interpretes ipsi D. et mihi *N*otario declarato, prout infra, videlicet, et primo:

Interrogatus, per D. Latine, et deinde vulgariter, et per dictos *N.* et *N.* interpretes earū lingua Gallica, de nomine, patria, parentibus, et exercitio.

Respondit, suo sermone Gallico per eosdem *N.* et *N.* interpretes ipsi D. et mihi vulgariter exposito, Io mi chiamo Leonardo N. la mia patria è N. mio Padre si chiama Giouanni, et mia madre Ludouica, et il mio mestiero è Sartore.

Vel quo ad mutum, et surdum nescientē scribere.

Interrogatus per D. Latine, Deinde vulgariter,

riter, per dictos N. et N. interpretes quibusdã signis, et nutibus de ipsius exercitio.

Respondit faciendo manibus actum suendi, prout dictũ actum præfati N. et N. interpretati sic fuerunt, il mio mestiere è di Sartore.

Vel quo ad mutum, et surdum scientes scribere,

Ad opportunas D. interrogationes dixit, et deposuit propriis manibus scribendo, cum ob amputatam linguam, vel quia mutus esset, vel surdus loqui non posset, prout infra, videlicet, et primo.

Interrogatus de nomine, cognomine, et patria, etc.

Respondit dictum interrogatorium prius legendo, deinde sua manu propria scribendo, vt infra: Io mi chiamo, etc.

Et sic prosequere extendendo alia interrogatoria, et responsiones, et exhibendo Sententiam, et accipiendo recognitionem hoc ordine, iuxta superius traditam formam. Habes sup. eo. lib. cap. 1.

Deinde curabis, vt dicti interpretes se subscribant hoc, vel simili modo, videlicet.

Ita vt supra per Notarium scriptum est, interpretatus fui ego N. etc.

Vel vulgariter.

Io N. hò interpretato il presente mio esamine nel modo, che stà scritto di sopra.

15 † Sed aduerte, quod ista recognitio muti,

et

et surdi nescientis scribere, quæ fit per huiusmodi nutus et signa, nõ est sufficiens, nec tuta, ad effectum exequendi sentẽtiam, Char.d.c.2. nu.51. et ideo procurabis omninò habere testes, qui illum recognoscant, iuxta formã, quã supra tibi demonstraui. Sup. eod.lib. cap. 1.

SCHOLIA IN CAP. III.

Si contingeret.

VBI Notarius calleat linguam banniti loquẽtis idiomate externo sufficit, & eo deficiente recurrendum erit ad duos interpretes, Flam.Cart. c.2.nu.52.et seq. et ibi docet quomodo interrogandus sit mutus, et surdus. In muto tamen, et surdo bannito, non est tuta recognitio ad effectum exequen. condemnationem per signa, et nutus, sed testibus conuincendus est, vt recognoscatur pro eo, qui in banno, et sententia descriptus est. Quo vero ad Theutonicum, vel alium exterum, satis hic post vestigia Carthar.Scacc. q.97. nu.176. vers. sexta difficultas.

Mihi tamen mirum videtur, quod communiter ibi trad.Doctores videlicet, quod credatur soli notario interpretanti linguam illius Theutonici, vel similis, non autem Iudici, cum sit dignior, tanta est fides Tabellionis.

SVMMARIVM.

1 *Banniti post recognitionem de eis factam solent interrogari super socijs, receptatoribus, fautoribus, auxiliatoribus, & alijs delictis.*
2 *Et si negant torquentur.*
3 *Cum protestatione tamen.*
4 *Protestari debet Iudex volens torquere bannitum recognitum super socijs, &c. & ratio quare.*
5 *Tortura, quæ infertur pro habendis socijs &c. & alijs delictis debet esse moderata.*
6 *Iudex cauere debet, ne torquendo reū super socijs, &c. illum interroget super delicto principali, quia diceretur renunciasse protestationi factæ.*
7 *Interrogatoria debent extendi reo torto super socijs, &c.*
8 *Interrogatoria non extensa sunt valde periculosa, & quare.*
9 *Responsio rei dicitur data iuxta tenorem interrogatoriorum Iudicis.*
10 *Rei debent interrogari in genere de socijs, & alijs delictis, vt euitetur suggestio.*
11 *Reus tortus super alijs, si dicat delictum principale de quo est confessus, vel conuictus non commisisse, quomodo debebit scribi eius responsio.*
12 *Forma interrogandi bannitum iam recognitum super socijs, fautoribus, & alijs delictis.*
13 *Forma decreti quando super prædictis contra ipsum reum ad torturam deuenitur,*

14 *Fi-*

14 *Finito examine reo facto super socijs, &c. & aliis delictis, quid facere debet Iudex.*
15 *Forma decreti quando bannitus recognitus ponitur ad largam.*
16 *Forma protestationis fiscalis post recognitionem factam de tali bannito.*
17 *Cõclusio operis, & pre estatio authoris, & numero 19.*
18 *Sanctus Franciscus, & sancta Catharina aduocati, & protectores auctoris.*

De tortura inferenda talibus sic bannitis, et condemnatis pro habenda vlteriori veritate de complicibus, & alijs delictis.

Caput Quartum.

FActa † recognitione personæ dicti condẽnati, modis, & formis sup. expressis, nec etiã tunc erit statim ad executionem sententiæ procedendum; solent enim vlterius tales sic condemnati, & banniti interrogari super socijs, receptatoribus, fautoribus, auxiliatoribus, & aliis etiam criminibus. Chart. in tract. de exec.
2 sent. c. 2. nu. 47. † & si negant deuenitur contra eos ad torturam, vt dictos socios, &c. propalẽt,
3 & confiteantur. Chart. d. cap. nu. 59. † cum protestatione tamen, quam inferius ponam in de-
4 creto torturæ, †quæ quidem protestatio est nõ solum vtilis, sed etiam necessaria: quia si dictus bannitus sine dicta protestatione totũ delictũ nega-

negaret,& in negando perſiſteret, etiam quod eſſet plene conuictus, vtique abſoluendus eſſet. Chart.d.capite 2.num. 59. & ſequentibus,ſaltē à pœna ordinaria. Char. cap. 2. num.65.verſi
5 verum nihil. † Hæc autem tortura, quæ infertur ad effectum prædictum, non debet eſſe multum grauis ſed moderata. Chart.d.c.2.nu.
6 68.† cauere debes, ne in actu torturæ reum interroges ſuper delicto principali, quia tunc tibi dicta proteſtatio non ſuffragaret: videris enim per contrarium actum ab illa receſſiſſe. Chart.
7 d.cap.2.num.70.& ſequentibus. † Cauere etiā debes,ne interrogatoria,quæ fieri ſolent in tortura ſuper complicibus,&c. dictes Notario per illa videlicet. Et ad opportunam interrogationem. Reſpondit, &c. Vel ſubdens. Interrogatus,&c. Vel ſubdens,ad opportunam inter-
8 rogationem. † Quia talis modus dictandi,quādo reus in tortura ſuper complicibus,&c.inter-
9 rogatur,eſt valde periculoſus. † Etenim ſi tunc reus ſuper ipſo delicto principali, de quo eſt condemnatus, reſponderet, & talis reſponſio ſcriberetur, vt ſcribi debet, verbi gratia, & ad opportunam D.interrogationem.

Reſpondit:Io non l'hò fatto queſto homicidio,io non l'hò fatto,&c.& reus in tali dicto,et negatione perſiſteret,vtique proteſtationi prædictæ renunciaſſe, atque ab illa receſſiſſe intelligeris. Chart.d.capit.2.n.76.& 77.vltra quod hic modus dictandi eſt maximoperè vitandus,

etiam

etiam aliis de causis, vt superius tibi demonstraui, quibus in locis etiam te docui cauendũ esse inprimis á suggestionibus, quas euitare hoc casu omnino debueris. Vide sup.lib.2.cap.5.num.18. & seq. & per Chart. in cap.2 nu.81.

10 † debẽt enim huiusmodi sic torti interrogari in genere de sociis,&c.&aliis criminibus,neminẽ nominando.Chart.d.c.2.a n.82.vsq; ad nu.88. & ita tu facere debebis,si boni,& eruditi Iudicis nomen consequi, & conseruare volueris.

11 † Aduertendum etiam vltimo loco tibi erit, quod si reus dicat se delictum non commisisse, de quo est condemnatus, quando in tortura de sociis, etc. interrogatur, ne dictam responsionẽ scribere facias, quasi interrogatorio tuo datam, sed tanquam ex seipso á reo prolatam. Chart.d. cap.2.nu.89.in fin. puta subdens ex se ipso,vel dicens ex seipso, vel deinde dixit ex se ipso: Io non hò fatto detto homicidio, ne sono imputato á torto, non hò fatto male nessuno,etc. et hæc est vera practica,quæ tollet omnes ambiguitates: quod nota. Forma autem circa præmissa talis erit,videlicet.

12 † Interrogatus, vt modo dicat, quos socios ipse C. habuerit,complices, et participes in derobando, et per vim auferendo dictam pecuniariam quantitatem, quam asserit abstulisse, et pariter dicat quæ alia delicta commiserit.

Respondit, Io non hebbi compagno alcuno quando leuai la sodetta quãtità di danari,

se

ſe non *N.* et *N.* che in tutto erauamo trè, e non hò fatto mai altro male al Mondo.

Et D. dicente nõ eſse veriſimile, quod alios complices non habuerit, cum præſertim tale facinus non potuerit committi à tribus perſonis tantum, prout quiſque ſanæ mentis conſiderare poteſt ex qualitate facti, et tanto magis cum in ſententia reperiantur ſub litera *N.* condemnati pro dicto furto alii quinque inſimul cum ipſo C. ideo illos nominet, et pariter dicat, quæ alia delicta commiſit, alias contra ipſum ad opportuna iuris, et facti remedia deuenietur.

Reſpondit, Io non hò hauuto altri compagni, che quelli, che hò nominati, e non poſſo nominare altri, nè hò commeſso altro delitto, che queſto, e ſe mi volete dar la corda fate quel che vi pare, che io ſono nelle voſtre forze.

13 † Tunc D. viſis, et conſideratis prædictis, viſa ſupradicta ſententia, et quod in ea quinque alii vltra ipſum C. et duos nominatos per ipſum reperiuntur condemnati ſub littera N. quorum nomina aliter quam ab ipſo C. difficillime haberi poſſunt; ſtante etiam qualitate delicti commiſſi, quod omninò quiſque prudens iudicabit non potuiſſe à tribus tantum perſonis committi, attenta etiam qualitate perſonę ipſius C. qui à tribus annis citra bannitus, et capitaliter condemnatus reperitur. Vnde

de credendum eſt, quod alia commiſerit delicta, et quod plures habuerit receptatores, auxiliatores, & fautores, cum huiuſmodi delinquentes homines ſine illis diu ſtare non poſſint, pro habendis nominibus complicum in furto, & derobatione prædicta, & qui ſint alij quinque in ſententia condemnatoria deſignati, ac pro habendis ab ipſo C. aliis delictis per ipſum veriſimiliter commiſſis, aliiſq; complicibus, fautoribus, auxiliatoribus, & receptatoribus, poſtquam prædicta aliter ab eo haberi non poſſunt, mandauit ipſum C. adduci ad locum torturæ, ibique ſpoliari, ligari, & funi applicari, & hoc ſine præiudicio quorumcumque iurium fiſco quomodocunque, & qualitercunque competentium, & acquiſitorum, & citra præiudicium ſententiæ condemnatoriæ ſupra exhibitæ, & recognitionis perſonæ ipſius Conſtituti in ea contentæ, ac omnium, & quarumcunque aliarum ſententiarum contra dictum Conſtitutum latarum, ſi quæ, &c. ac rei iudicatæ, & notorietatis criminis inde reſultantis, & aliorum omnium, de quibus idem Conſtitutus quomodocunque eſſet conuictus, vel confeſſus, ſuper quibus modo aliquo Dominus non intendit ipſum torquere: quinimo explicitè proteſtatur ipſum ſuper illis ſe non torquere, & huiuſmodi proteſtationem in quolibet actu repetitam fore, & eſſe dixit, & intendit, & quod pro repetita ſemper habeatur: ſed

tan-

tantum ipſum torqueri facere intendit pro vlteriori veritate habenda ſuper dictis nominibus, complicibus, fautoribus, auxiliatoribus, & receptatoribus, ac alijs delictis per ipſum C. veriſimiliter commiſſis, & non alias, aliter, nec alio modo, de quo ſolemniter, & expreſſe, ac omni meliori modo proteſtatus fuit, & proteſtatur.

Quo ſpoliato, ligato, & funi applicato D. mandauit ipſum C. ad completam veritatem dicendam ſuper dictis fautoribus, auxiliatoribus, & receptatoribus, aliiſque delictis, quæ veriſimiliter commiſit, dum fuit bannitus, vel alias, ac ad propalandum nomina aliorum in dicta ſententia condemnatoria ſub littera N. condemnatorum, nec expectet, quod contra ipſum ad tormenta deueniatur.

Reſpondit: Io hò detto quel che doueuo dire, & non vi poſſo dir'altro, & fate quel che vi pare, ma mi fate torto.

Tunc D. repetita proteſtatione, de qua ſupra, illiq; firmiter inhærendo, mandauit ipſum C. in altum eleuari.

Qui ſic eleuatus cępit dicere, Ohime, ohime, ò Santa Maria, & deinde tacuit.

Et monitus per Dominum, vt recedat à ſua obſtinatione, & dicat veritatem ſupèr dictis nominibus, complicibus, fautoribus, receptatoribus, & aliis delictis.

Reſpondit: Io non hò fatto altri delitti. Io

non hò hauuto compagni nessuno, e nessuno mi hà dato aiuto, nè ricetto.

Deinde dixit ex se.

Io non hò fatto mal nessuno, non hò manco robbati detti danari. Hò detto la bugia.

Et D. dicente, quod non interrogatur amplius super dicta derobatione: quia iam ipse C. super hoc est condemnatus, & confessus, & confessionem suam non potest amplius in dubium reuocare, sed tantummodo pro habendis dictorum in sententia condemnatorum nominibus, aliis delictis, sociis, fautoribus, & receptoribus, Ideo ad hæc respondeat.

Respondit, &c.

14 † Finito examine, & reo super prædictis sufficienter arbitrio tuo tormentato, poteris mandare illum de tormento deponi, & poni ad largam cum aliquo termino competenti ad dicendum causam quare sententia contra ipsum lata exequutioni demandari non debeat; hoc modo, videlicet.

15 † Tunc D. acceptatis, &c. cum aliud à d. C. haberi non posset, mandauit illum leuiter de tortura deponi, cum permansisset in ea suspēsus sine aliqua quassatione per spatium vnius horæ, dissolui, brachia reaptari, reuestiri, & ad largam poni cum termino trium dierum ad dicendam causam quare dicta sententia executioni contra ipsum demandari non debeat. Qui C. sic depositus dicebat, Ohime, ohime, son

fon morto, fubmifsa voce condolendo.

Nota, quod folent fubftituti fifcales affiftentes in fine huiufmodi examinum fcribi facere per Notarium fimilem proteftationem, videlicet.

16 † Præfente Domino B. fubftituto fifcali, & præmifsam recognitionem, & alias confeffiones in parte, & partibus tantum acceptante, petenteque ad vlteriora, & reiterationem tormentorum, vel ad grauiora tormenta ad effectum prædictum tantum, & nõ alias aliter, &c. contra dictum C. procedi, cum leuiffime, nec fufficienter fuerit tortus, & demũ contra eundem ad executionem prædictæ fententiæ deueniri, alias, &c. omni, &c.

17 † Ex prædictis fit impofitus finis huic tractatui ad laudem, & gloriam fanctiffimæ, & indiuiduæ Trinitatis, ac Beatiffimæ Virginis
18 Mariæ, † & Sancti Francifci, ac S. Catherinæ
19 meorum aduocatorum, & protectorum. † Si verò in hoc tractatu aliquid cõtineatur, quod ab illa fententia abhorreat, quam Sancta Catholica Ecclefia Romana tenet, & docet, id totum, tanquam per ignorantiam, vel negligentiam fcriptum, reuoco, & annullo, ac reuocatum, & annullatum efse volo, ac prædictæ fanctæ Ecclefiæ iudicio prædicta omnia, & me ipfum fubiicio, & fubmitto, quod proteftor, & proteftatum femper efse intendo omni meliori modo, &c.

SCHOLIA IN CAP. IV.

NIhil est, quod libentiore animo excipiant latrunculatores, quam hoc, quod postremo loco relinquitur ab authore. Quis enim ignarus est cœcitatis auaritiæ, quæ mentes occupat iuxta illud.

O nummi, nūmi; vobis hoc pręstat honorē,
Vos estis fratres.

Ideo maior cura, et solicitudo est statim, atque aliquis bannitus captus est explorare, et inquirere de complicibus, et sociis, deque receptatoribus, et fautoribus, vt eos indicent, et propalent, quam de delicto Carth. de execut. sent. contuma. capt. bannit. quam executionem quandoque ita differunt, vt aditum bannitis præstent ad effugiendum carceres, vel inimicis, ad perimendum, et conficiendum eos veneno; ne vel ille officiat, vel dedecus afferat familiæ suæ, dum vltimum supplicium de eo sumitur. Quare author hic dicit, Iudices solere interrogare super præmissis personis, & hoc eis negantibus peruenitur ad torturā, quæ licet leuis, et moderata esse debet, attamen quandoque vbi non est illis lucrosum officiū acriter torquentur, itaut quandoque in gratiam torquentium (vt parcant tormētis) multa falsa comminiscantur, vt se redimant à quæstionibus, quod mihi quoque sæpe contigit.

Ideo

Ideo tortura res est periculosa, et fallax, nec semper tortus veritatem dicere præsumitur, D. Menoch. de arbit. in casu 269. vbi multis exẽplis hoc corroborat.

Num. 4. Quæ quidem.

DE hac protestatione, quæ est veluti herba betonica, iuxta id quod dicitur de clausula, omni meliori modo, supra sæpe dictũ est: Ideo superflua est repetitio.

Num. 5, Hæc autem.

DIctum supra, et est ratio, quia si reus, quò ad se, est vitæ desperatæ, ex eo quod vel confessus, vel conuictus, vel condemnatus est, non est, quod difficilem se præstet in reticendo alios, itaut aliorum vitam, et salutem anteferat propriæ: nec vidi quemquam adhuc ob aliena commoda citra suam vtilitatem in tortura sustinenda paratum.

Num. 9. Quia.

MEdiolani haberet Senatus hæc pro deliramentis, quia notarii, vel Iudicis ignorantia non tolleret ius Fisco quęsitum ex legitimis probationibus. Vltra quod est falsa opinio, quod recedatur à pęna ordinaria, quã-

do reus plene per probationes conuictus est, vt supra dixi. Bene verum est, quod solet Senatus reprehendere Iudices, vel notarios quãdo aliquid contra ius faciunt, itaut resipiscant. Et scio quod quidam Iudex fuit iussus, vt relationes transmitteret ad Senatum materno sermone, quia erant conceptæ sub stilo omnibus præterquam ipsi, incognito, prout dicit conciuis meus I. C. Zauatarius in sua praxi fori Mediolanen. fuisse reprehensum quondã Iudicem, qui relationem faceret ad Senatum, voti incuria collecti, quo dicebatur torquendum reum pro habenda veritate. At vnus ex Senatoribus balbutientem ipsum præuenit dicendo, Torqueatur Iudex pro habenda veritate, videlicet, an intelligeret quæ referebat. O tempora, ò mores.

Num. 10. Debent enim.

ABunde de suggestionibus supra. Carthar. de execut. sent. capt. bann. cap. 2. nu. 8 2. vers. vt etiam. Sed non minus cauendum est à mellito interrogandi genere, quo Iudex vtitur, quia fistula dulce canit &c. Nec dico Iudicem malè facere, quia imò laudandus est, si blando sermone, ac humanitatis pleno illiciat reos ad fatendum, sed tamen prospicere ille debet, ne captetur reus tamquam sub promissa delicti impunitate, de qua supra; sic, & scorpius

pius ore lingit, cauda ſtringit : vel illud animal aſpis nomine, cuius morſus ſuauis eſt, & qui ab eo mordetur abit in ſomnum, & per ſuauitatē ſoporis moritur, quia tunc venenum latenter per omnia membra diſcurrit, ſic cauebis à Iudice ita dulciter cum reo agente, cuius verbis credens paulatim te deceptum ab eo experiris, vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras, malo tuo fato.

Num. 11. *Aduertendum*.

PLenius hanc interrogandi in hoc themate formam attingit Carth. d.c.2. de execut, ſent. capt. bannit. num.99.videlicet prope fin. illius cap.

*Num.*12. *Interrog. vt modo*.

POſtquam bannitus detentus eſt, poteſt facere aliquas defenſiones, Bertazol. conſil. crim.35.nu.11.lib.1. ex Maſil. & Carrer. quos citat. Articulus hic, an bannitus iam recognitus poſſit torqueri, habet altiorem inſpectionē, Ideo ad facilitatem tuam nonnullos caſus cōſtituam quos in vnum tui gratia collegi, vt ex meo labore tu minorem ex his, quę diſperſa ſunt, & in praxi didici, ſentias.

Primus eſt caſus, bannitus torquendus eſt pro habenda veritate receptantium, & eorum qui

qui eos fouent,quando ſponte non vult fateri, & indicare receptatores. Cum enim tortura ſit remedium ſubſidiarium, merito ipſo ſpõte fatente ab ea abſtinendum eſt, vbi tamen non hæreat adhuc aliqua ſuſpitio, quod perfecte non manifeſtauerit, et hoc clare admittit Farinac. tit. de ind. & tort.qu.43. num.131.verſ. ſublimita primo, ſunt enim aſperæ pœnæ poſitæ tam per Cæſ. conſtit.quam per cridas S.E. contra hos receptatores, itaut ex cridis pater impunè non poſſit hoſpitari filium, frater fratrem, & nunc dum hæc ſcribo, videlicet ſub 21. Octobris 1600. intellexi. ex ordine (perhibent) patris occiſum fuiſſe filium bannitum præ timore ne ille incurreret in pœnam cridarum contra patrem receptantem editarum,de quo iam filius fuerat præmonitus, vt caueret ab inſidiis, & ne habitaret in eo loco, in quo trucidatus eſt. eſt dura lex,ſed tamen obſeruãda. Et pro patre, an teneatur ex mandato ad occidendum, ego ſcripſi.

Secundus eſt caſus, Bannitus interrogandus,& excutiendus eſt per tormenta, vt nominet complices,& mandatores delicti, ſi verſemur in criminibus exceptis, vt ſupra dixi,modo tamen interueniat aliquod inditium,quod ſocius interuenerit,Vulpell.conſ.4.nu.12. Carthar.de execut. ſent.capt.bannit.cap.2. nu.75. Scacc.c.97.n.180.decima difficultas.verſ.ſi de tortura ad ſciendos, & cap.81, nu.4.

Ter-

Tertius est casus in non exceptis. Quod si contra socios,& complices processum est,quia manifeste appareat eum ad delictum socios adhibuisse, potest torqueri instar testis qui torquetur,ex eo quod negat id,quod verisimiliter scit. Si verò manifestè non apparet,& tunc nõ poterit torqueri. Et induco in argumentum. Quòd sicut contra principalem procedi non potest,nisi liquido constet de corpore delicti, vt supra dixi,ita quoque hic,qui torquetur,vti testis,vt manifestet socios,quia prius constare debet,socios interuenisse: cui rei seruit notissima regula, quod nemo torquendus est ad sciendum quale quid sit, nisi prius constet plenè illud quid esse. Si verò non sit processum, & non torquetur,quia testis non torquetur, nisi præcedant indicia contra reum. Porrò vbi processum non est, hinc clare apparet, quod nulla extant indicia, cum indicia non subsistant absque processu, & per hos tres casus declaratur l. vlt. C. de accusat. quæ semper solet citari in hac materia. Simile est in confesso adulterium, vt possit de lenonibus, & mediatoribus interrogari, si præcedant inditia, quod cum auxilio fuerit commissum, Farinac. tit. de indit. & tort. qu. 42. num.85. vers.quid dicendum.

Quintus casus est, quod de consuetudine torquetur reus quando delictum illud absque sociis verisimiliter cõmitti non potuit. In homici-

micidio, quando ille homicida probabiliter non occidisset solus: in hæresi si semiplene sit probatum eum habuisse socios: in latrone viarum, cum latrocinium regulariter fiat cum coetu hominum super stratis publicis, & cum violentia. Nec hoc habet difficultatem, non enim in his casibus requiruntur indicia, quod interfuerint socii, cum sufficiat verisimilitudo, quæ magnam partem probationis vẽdicat. Ita communiter affirmant scribentes in locis ordinariis.

Quintus est casus in delicto, quod sine socio potuit committi, nec verisimilitudo adest aliqua quod adhibuerit socios, nec interrogãdus est reus, nec torquendus, Clar. §. fin. qu. 21. vers. dictum socii, Boss. & alii adducti à Scacc. multum vtiliter loquente in d. cap. 97. ex cuius dictis hos breues, & analyticos casus extraxi memoriæ commendandos.

Et hæc de tortura ad sciendos complices, fautores, & mandatores.

Nunc de tortura quoad confessionem extorquendam aliorum delictorum, in qua pariter forma istas claras, & perspicuas cõclusiones, & non errabis.

Prima conclusio. Reus non potest torqueri, nisi super delictis super quibus extant inditia, tamquam si super illis instruendus esset nouus processus separatus: & retuli supra obseruantiam Senatus in casu illius Antonii Mariæ ad

tri-

triremes perpetuas damnati, procurantibus nonnullis maleuolis, vt torqueretur etiam super his quorum non extabant indicia. Vides amātissime Lector (vt id obiter dicam) quam vice parentis filium omni amore prosequentis, cum subditis suæ iustitiæ commissis agat Senatus, qui non passus est sanctissima iura violari, sed intacta manere, cum multi vindictæ cupidi appeterent omnia præceps ruere. Funde Deo optimo maximo preces pro fœlicitate huius sanctissimi ordinis, quem nisi haberes, regna in latrocinia resoluerentur, & plus posset libido, quam iustitia. Hoc vnū gratulor me sub huius auspicio, & viuere, & mori.

Secunda conclusio, quod de consuetudine etiam super aliis delictis torquentur rei in crimine assassinii, furti, sfrotationis annonæ, vel salis, per Regulam semel malus, & de hac consuetudine Clar. §. fin. qu. 64. vers. successiue, quæ conclusio habet locum in famoso delinquente, & ad hoc hominum genus restringitur consuetudo, quia si reus confessus torquetur pro habendis complicibus, quando verisimilitudo subest vt supra dixi, in vers. quartus casus est, ita pro habendis aliis delictis, si subsit verisimilitudo. Quamobrem si quis honestæ vitæ ira commotus occideret hominem, homicidiumque fateretur, non esset torquendus super aliis, quorum non præce-

cedunt inditia : est distinctio laudabilis, ideo eam sequere.

Tertia, & vltima conclusio, quod in omnibus illis casibus, in quibus supra diximus, reū esse torquendū super aliis, restringitur in subsidium, sed quādo veritas aliunde haberi potest, non est quis torquendus.

Hic finem facio ad laudem Dei Opt. Max. ac Diuæ Mariæ Virginis, & Beatorum Francisci, & Bernardini, quorum nomina ego indignus peccator in baptismatis fonte suscepi. Et quia huic operi videntur deesse remedia præseruatiua ad fauorem eorum qui damnati sunt, puta literæ admissionis ad nouas defensiones, salui conductus, gratiæ, nullitates, abolitiones criminum gratiosæ, quas decreta gratiosa appellamus, super quibus aliqua vtilia responsa reddidi, ac alia. Ideo si mihi Deus longiorem concedet vitam, curabo, vt per breues summulas multorum veritatem habeas, quæ non nisi maximo studio, & labore colligi possunt. Interim extemporaneos hos meos fœtus æqui, bonique consules, & viue fęlix, & viue pius.

LAVS DEO.

DE-

DECISIONES CRIMINALES

Super Quæstionibus de Indicijs, & Tortura.

Ex Pract. Crim. Prosperi Farinacij I. C. Romani.

EX QVAEST. XXXVI.

Quibus comprehenditur declaratio eorum, quæ præmitti debent necessario ad cognitionem terminorum pro tortura, & eius annexis.

Primus numerus est Decisio, Secundus est vnde sumitur.



VIA omnis doctrina rectè à vocabulorum cognitione incipit, & turpe est prius determinare, quam terminos intelligere, aliqua ad vocabulorum cognitionem prçmittenda sunt ante materiam indiciorum, & torturæ. Videbitur ergo, quid sit Probatio, Semiplena pro-

probatio, Indicium, Præsumptio, Fictio, Coniectura, Suspicio, Argumentum, Signum, Adminiculum, Dubitatio, Opinio.

j. PROBATIO est rei dubiæ per argumenta
ostensio. vel est : Fides veri legitimis modis,
5.8 & temporibus facienda cognitori causæ.
9 Vel ostensio rei dubiæ per legitimos modos
Iudici facienda in causis apud ipsum controuersis.

ii. Probatio reducitur, vel distinguitur in septem species, in testes, scripturam, con-
11 fessionem, euidentiam facti, iuramentum,
12 præsumptionem, & in famam. Etsi autem
13 alii plures modos addant, videlicet. Oculorum inspectionem, litteras in lapidibus sculptas, sigillum, denunciationem, commu-
14 nem opinionem, indubitata indicia, rem iudicatam, rationem naturalem, rationem
15 coniecturalem, nominis coniecturam; Hi
16 tamen modi commodissimè sub illis primis
17 septem comprehenduntur.

iij. Probatio in genere sumpta alia est plena, alia semiplena. Plena est, quando fidem
20 facit tantam, quantam ad finiendum controuersiam sufficit. Et inducitur septem modis supra relatis.

21 Semiplena erit ea, qua rei gestæ fides aliqua sit iudici, non tamen tanta, vt eam se-
22 qui debeat in sententia dicenda. Hæc inducitur

citur depoſitione vnius teſtis de viſu, comparatione litterarum, ſcriptura priuata, præſumptione vrgenti.

iv. Alii probationem diuiſerunt in euidentiſſimam, quæ fit inſtrumentis, & ſcripturis indubi-
23 tatis; in euidentem quæ habetur teſtibus, & euidentia facti: in minus euidentem, & minus claram, quæ fit hominum coniecturis.

v. INDICIVM eſt ſignum alicuius maleficii commiſſi, vel alterius rei, de qua agitur.
27 Vel eſt coniectura ex probabilibus non ne-
28 ceſſariis orta, à quibus poteſt abeſſe veritas, ſed non veriſimilitudo. Vel, eſt adminiculum
31 demonſtratiuum delicti, & ad veritatem indagandam.

vi. Indiciorum aliud eſt dubitatum, & non
35 plenum, aliud indubitatum, & plenum. Primum eſt, præſumptio fortiter mouens animũ ad aliquid credendum, vel diſcredendum.
37 Secundum eſt, Demonſtratio rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus quieſcit in aliquo
38 tanquam in proprio exiſtente, & plus inueſtigare non curat. Vel, eſt quod arctat mentem iudicis, itaut omninò credat, nec poſſit in contrarium inclinare.

vij. Indicium à lege approbatum generaliter dicitur indubitatum.

viij. Quando cõtra aliquem vrgerẽt plura indi-
40 cia dubitata, ex illa multitudine dubitatórũ,
41 reſultat vnum indicium indubitatum.

ix. Indiciorum etiam, aliud proximum, aliud
remotum. Proximum est, quo posito poni-
44 tur criminis effectus, & quo remoto illius
45 effectus remouetur. Vel, est quod tangit
negocium, & ipsum delictum. Vel, est quod
respicit veritatem rei, vel delicti immediatè
per sensum visus, vel auditus iuxta subiectam
47 materiam. Remotum indicium erit, quod
non respicit immediatè veritatem delicti, sed
circumstantias. Vel, quod non tangit nego-
cium.

x. Indiciorum etiam alia sunt leuia, alia gra-
uia, alia grauissima, vel quod idem est, aliud
49 est simplex, aliud vrgens, aliud indubitatum.
50 Leue indicium sufficit ad capturam, vel ad
inquirendum, hoc est ad sumendum informa-
tiones de delicto. Graue sufficit ad transmit-
tendum absenti inquisitionẽ, vel ad ipsum
torquendum. Grauissimum sufficit ad con-
54 demnandum. Sed hæc respiciunt indiciorum
55 effectum potius quā substantiam. Ideo potest
dici inditiū Leue est quod facile, & frequen-
ter potest adesse. Graue quod frequenter, &
56 facile contingit adesse. Grauissimum, quod
facillimè, & frequentissimè contingit adesse.
Hic nota, quod indicia probata, & accepta
ex confessione rei sunt aliis grauiora.

xj. Indiciorum aliud est necessarium, aliud cre-
dibile, seu verisimile, aliud non repugnans.
58 Necessarium tunc est, quando ex eo, quod in-

stru-

59 ſtrumentis, vel alio ſimili continetur neceſſario, efficimus, quod intendimus. Et hoc indicium ſufficit ad torquendum, & ad condemnandum. Exemplum, Titius accuſatur de inſtrumento falſo per eum ſcripto 8. Maii 1602. Campugnani, in quo dicatur Seium mihi mutuaſſe aureos centum: ſi ego probo me eo tempore Vicentiæ fuiſſe, ex hac probatione neceſ-
60 ſarium oritur indicium falſitatis dicti inſtrumenti: indicium credibile, ſeu veriſimile, ſeu proximum nõ ſufficit ad condemnandum, ſed
61 ad torquendum. Exempl. Quando ſtante Titio coram cadauere occiſo, emittitur ſanguis ex eius vulneribus, credibile, & proxi-
62 mum oritur indicium contra Titium, quod ſit homicida: indicium non repugnans, quod leue, aut præſumptiuum dicitur, eſt, quod ſola ſuſpicione, vel leui iuris præſumptione ni-
63 titur. Vocatur remotum, & de ſe ſolum ſine aliis adminiculis non ſufficit ad torturam. Exempl. Quando agitur de furto, & probatur te vnum domi fuiſſe, cũ res ſubtracta eſt, hinc aliqua contra inſurgit ſuſpicio, at leuis, & præſumptiua, quæ eſt indiciũ leue, non repugnans tamen, & ſi habebit aliqua adminicula poteris torqueri.
64 Vel ſi agatur de homicidio, oritur indicium contra eos, qui ſunt de domo.
xij. Inditiorum tandẽ alia ſunt facti, alia iuris, & facti, vel iuris tantũ, alia hominis, alia iuris

65 de iure. Sed hæc ſpectant magis ad Præſum-
ptionem, quam ad indicia.

xiij. PRAESVMPTIO eſt conceptus in men-
te cauſatus ab aliqua probabili coniectura.
67 Vel, eſt cognitio veritatis rei ex circumſtan-
69 tiis reſultans. Vel, eſt ſuſpicio in animo ali-
cuius cauſata ex variis argumentis, coniectu-
71 ris, vel indiciis, quæ quo magis vrgent, eo
72 magis firmatur ſuſpicio. Vel, eſt coniectura,
ſeu diuinatio in rebus dubiis, collecta ex ar-
gumentis, vel indiciis per circunſtantias fre-
quenter euenientibus.

xiv. Hinc apparet præſumptionem naſci ex
coniectura, & circunſtantiis, vnde ipſa varia-
tur, fortificatur, & debilitatur plus, & minus,
prout ſuadent circunſtantiæ ipſæ.

Nota, quod præſumptio proxime veritati
accedit, & ideo veriſimilitudo appellatur, &
natura pręſumptionis eſt ſemper abhorrere ab
irrationabili, & inueriſimili.

xv. Præſumptio vero venit à Præ, quod eſt
ante, & Sumptio, hoc eſt ante Sumptio, quia
83 ante legitimas probationes aliquid ſumit pro
vero. Pręſumptionis principalis diuiſio eſt, alia
iuris, alia hominis, alia iuris, & de iure.

xvi. Pręſumptio iuris eſt probabilis coniectu-
ra ex certo ſigno proueniens, quę alio non ad-
87 ducto pro veritate habetur. Vel, eſt cum ali-
quibus poſitis veriſimiliter, atq; probabiliter,
nō autē neceſſario ſequitur, quod intendimus.

Di-

Dicitur hæc præſumptio Iuris, quia Ius expreſſe prǽſumitur, & ea pręſumptio eſt à lege
94 & à iure approbata.

xvi. Pręſumptio hominis eſt conceptus cauſatus in mente ab aliqua probabili coniectura,
97 argumentis, vel indiciis.

xvij. Et illa propriè eſt hominis pręſumptio, quę à iure expreſſa, & in lege expreſsè ſcripta, & confirmata non reperitur. Non enim pręſumptiones, quas homo facit, potuit lex ap-
98
probare, quia varię, & multę ſunt, & ex variis cauſis oriri ſolent, & ideo in arbitrio iudicis poſitę ſunt.

xviij. Poteſt tamen pręſumptio hęc non diſcrepare à ratione legis, & cum ea affinitatem ha-
99 bere, & in hoc caſu idem iudicandum erit quoad ſuum effectum, quod de ipſa ſcripta, quia de ſimilibus ad ſimilia procedi poteſt, l. non poſſunt. ff. de legib.

xix. Diuiditur hęc pręſumptio in Leuem, Grauem, ſeu Vehementem, & Violentam,
110 quę tamen diuiſio non inducit ſpecificam differentiam, quia plus, & minus non facit differre ſpecies, L. fin. ff. de fundo inſtru. & inſtr. legat.

xx. Differunt hę partes, quia Leuis eſt, in qua parua eſt coniectura mali, & magna
111 boni, vt quia multa ſunt ſigna boni, & pau-
113 ca mali: vehemens eſt, applicatio animi bo-
114 ni viri ad valde veriſimile. Violenta eſt,

ex qua animus iudicantis contrarium sibi persuadere non potest, nec eius intellectus verti potest in conscientiam oppositam. Vel
111 quando omnis coniectura apparet mali, nulla autem boni, & sic omnia signa mali, & nulla boni. Et violenta est omnis præsumptio, quæ est iuris, & iuris & de iure.
xxi. Etiam diuiditur in temerariam, & pro-
118 babilem. Temeraria erit quæ ex leui causa, & coniectura, vel à vilibus personis ori-
119 tur. Vel quando omnia signa sunt boni, &
125 nulla mali. Probabilis erit, quæ à grauibus personis, vel à non leui causa, & coniectu-
120 ra oritur. Vel quando multa sunt signa mali, & pauca boni. Probabilis etiam dicitur
124 ratione loci, vel temporis, vt si quis visus fuerit in loco suspecto, aut in hora suspecta,
121 in quibus crimen fuit commissum; oritur contra illum probabilis suspicio, vide infra Decis. 30. num. 168.
xxij. Præsumptio Iuris, & de Iure, est status à iure promulgatus ex indubia coniectura.
100 Vel est dispositio legis aliquid præsumens, & super præsumpto tanquam sibi cōperto
101 statuens. Appellatur iuris, & de iure, quia à lege non solum introducta est, sed quia super tali præsumptione lex inducit firmum ius, & eam habet pro veritate.

Et vbi lex aliquid præsumit, & super præsumpto nihil statuit, nec vlterius procedit, dici-

dicitur iuris præsumptio; sed si super eo præsumptio firmat pedes, & super eos statuit, tunc dicitur iuris, & de iure præsumptio.

xxiij. Si statutum introduceret aliquod genus probationis, velletq; illud esse plenam pro-
108 bationem, talis probatio esset præsumptio iuris, & de iure. Et non est necesse,
109 quod lex, seu statutum prohibeat probationem in contrarium. Sed sufficit, quod illam habeat pro plena probatione, quia natura præsumptionis habet, vt contra eam non admittatur probatio, etsi non exprimatur.

xxiv. Præsumptio iuris, & de iure, alia est ab humanis principiis, alia naturalibus. Pri-
125 ma nascitur ab indiciis, & coniecturis hu-
126 manis lege, & ratione probatis, quæ conie-
127 cturæ dicuntur esse apparentes. Vt si quis exierit è domo, in qua sit cadauer occisi, cũ gladio euaginato; vna cum vestibus sanguine madefactis, habet præsumptionem, quod
128 illud homicidium commiserit. Secunda dicitur naturæ præsumptio, & necessaria, & est, quæ non ab humana ratione seu coniectura dicitur, sed à naturali. Exempl. Mu-
129 lier habet lac in mammis, hinc oritur præsumptio quod sit corrupta: natura .n. efficitur lac propter generationem, nec aliter potest esse. Vel fumus exit è domo, ergo in ea est ignis, quia fumus non est sine eo,

& hoc fit à natura. Vnde pręsumptio naturę
dicitur .
xxv. Præsumptio tandem alia est necessaria,
alia credibilis, seu verisimilis, alia non re-
130 pugnans. Prima est, cum aliquibus positis
necessario inde efficimus, quod intendimus.
131 Secunda est, cum aliquibus positis verisimi-
132 liter, & credibiliter, non autem necessario
sequitur, quod intendimus. Tertia aliud
133 non est, nisi hominis præsumptio.
xxvj. FICTIO est assumptio contra veritatem
facta à iure pro veritate in re certa eius,
136 quod possibile. Vel, est falsitas pro veri-
139 tate accepta, ex specialissima, & iustissima
causa à iure expressa. Vel, est iuris dispo-
142 sitio, per quam non verum, possibile tamen
esse verum, pro vero accipitur.
Nota, quod in his diffinitionibus fit men-
tio de possibili, quia super impossibili non
cadit fictio, Glo. in l. 3. ff. pro socio.
Fictio est vel inductiua, vel priuatiua, vel
extensiua, aut translatiua.
145 Prima est, quando lex fingit esse id, quod
non est. Secunda, quando e contra fingit
id, quod est, non esse. Tertia, quando
149 lex fingit, quod est vno modo, esse alio
modo. Sic vero diffiniuntur. Prima est in
re certa non existente possibili pro existen-
te à iure facta assumptio. Secunda est in re
existente possibili non existere, pro non-
exi-

existente à iure facta assumptio. Tertia est in re certa vno modo existenti pro non existente alio modo possibili à iure facta assumptio.

xxvij. CONIECTVRA est exceptio veri ex aliquo alio sic verisimiliter ordinato. Exem-
152 plum: Per circulum hospitii reputamus ta-
153 bernam. Vel; est rationabilis argumentatio, à verisimilitudine fidem faciente, & ex signo probabili deducta, non autem necessario concludens.

Hinc habetur, quod de natura coniecturæ sit non plenè, & de necessitate concludere, sed probabiliter opinari, quia non à necessariis, sed à probabilibus oritur; si enim à necessariis oriretur, non dubia, sed certa res esset, & sic contra naturam coniecturæ, quæ est de re dubia, & habet se ad esse, & non esse.

xxiij. Coniectura dicitur à coniectu, id est directione quadam rationis ad veritatem:
158 Vel à coniecto, coniectas frequentatiuo,
159 quod idem est, quod existimo, vel diuino.

Coniectura vel est hominis, vel iuris, & de iure: hominis est, quę in viro nõ est expressa,
160 sed iudici committitur, vt inspiciat quid sibi videatur, & an aliquam fidem faciat.
161 Et hæ coniecturæ non possunt in legitimis scribi, quia pendent ex diuersis animi mo-
162 tibus; 2. est scripta in lege, & aliud non est quam

quam ea, quæ ab ipsa lege inuenta, aut ap-
163 probata est; 3. est dispositio legis aliquid præsumentis, & super præsumpto tanquam sibi comperto statuentis.

Coniectura, & præsumptio tanquam sinonima accipiuntur, & promiscue se declarant.

xxix. Coniectura etiam alia Leuis, alia Grauis, aut Vehemens. Quæ autem sint hæ, idem
164 de illis dices, vt dicitur supra de Præsumptione, Decis. 19. 20.

xxx. Coniectura erit etiam vel Temeraria, vel
168 probabilis. 1. est, quæ ratione caret, & lon-
169 ge à verisimili recedit. 2. quæ à verisimili deducitur, & quæ in ratione funditur. Vide sup. Decis. 21. & inferius Decis. 46.

Hic nota quod non omne, quod videtur probabile, est probabile, sed illud erit tale, quod videtur omnibus, aut pluribus; aut
171 sapientibus, & his, vel omnibus, vel pluribus, vel maximè notis, & præcipuis.

xxxi. SVSPITIO est aliqualis animi applicatio ad aliquid cum vehementi titubatione.
172 Vel, est motus ad aliquid cum vehementi
173 titubatione. Vel, est opinio mali ex leuibus indiciis procedens. Vnde ad suspitionem
176 probandam sufficit leuis probatio.

xxxij. Suspitio alia est Leuis, seu Temeraria, vel Vehemens, seu Verisimilis, vel Violen-
178 ta. Prima est, quando ex admodum leui indi-

indicio, seu argumento, iudex animum suum in alteram partem flectit, sed cum
180 titubatione. Secunda est, quæ non ex leuibus indiciis, sed ex fortioribus oritur, & ex
181 quibus iudex animum suum in vnam partem inclinat, cum aliquali, seu modica du-
183 bitatione. Tertia dicitur ea, quæ ex vrgentibus oritur indiciis, itaut Iudex constanter, & sine dubitatione, vni parti potius
184 quam alteri adhæreat. Ex his apparet, quod 1. continet in se dubietatem simpliciter: 2. continet paruam: 3. nullam prorsus habet. Dic etiam, si indicia sunt admodum
187 leuia, faciunt suspitionē leuem. Si grauia, & vrgentia sunt, & faciunt vehementem: si grauiora, & vrgentiora violentem reddunt.

xxxiij. OPINIO est idem quod vehemens, seu ex verisimilibus suspicio. Et est motus ani-
193 mi eligentis aliquid cum hæsitatione. Ve-
195 hemens opinio est, quando ex probabilibus coniecturis quis credit id quod verum
196 est, licet certo non sciat. Vehemens etiam Suspicio dicitur Opinio.

xxxiv. DVBITATIO non est propriè aliquis probationis gradus, sed est principium in-
197 uestigationis, certitudinis, & fidei. Quando Iudex ex deductis coram eo dubitat mo-
198 do ad vnam partem, modo ad aliam, nec ad vnam potius, quam ad aliam, animum applicat, & nescit vtram eligat, vel quia pro-

probationes sunt æquales, vel quia habent aliquid obscuritatis, tunc dicitur Dubius: At si Iudex aliquo motus indicio, vel argumento inclinare incipiat in vnam partem magis quam in aliam, licet cum dubitatione, tunc non amplius dubitare, sed suspicari dicitur. Et si suspicio oritur ex grauibus indiciis, tunc cessat suspicio, & intrat opinio.

xxxv. ARGVMENTVM est collatio plurium ad vnam conclusionem. Vel est inuentum
201 ex aliquo genere rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessario demon-
206 strans. Scias, quod est leue inditium, sed
200 non tam leue, sicut suspicio, & eo vtimur non sicut Dialectici, sed argumentum illud esse intelligimus, quod ex quibusdam, vel
201 etiam multis prius positis ducitur, & inde argumentamur.

xxxvi. SIGNVM est præter speciem, quam ingerit sensibus aliquid faciens ex se in co-
208 gnitionem venire. Signum vel est necessarium, vel non necess. Etiam aliud est natu-
210 rale, aliud institutum. Exempl. erunt clara.

xxxij. ADMINICVLVM vel est vehemens, vel non vehemens. Vehemens est suppletio
213 defectus probationis per se solum non operans, sed bene cum aliis, Non vehe-
214 mens est aliqualis confirmatio rei probab.

xxxviij. Adminicula licet de se non probent, imperfectam tamen probationem iuuant.

Vnde

217 Vnde adminicula non vehementia non in totum supplent imperfectam probationem, sed aliqualiter. Vehementia autem adminicula in totum supplent, & semiplenam probationem perficiunt.

De eorumdem Terminorum Differentijs, & Conuenientia.

xxxix. INDICIVM, & SEMIPLENA probatio differunt, & conueniunt. Inditium
219 vnum, & remotum cum sit leue, & longe distet à necessario veri, vt fuga, colloquium,
220 & similia, est minus quam Semiplena pro-
234 batio. Si vero multa etiam remota, vt coniecturæ, præsumptiones, & argumenta coniunguntur, dummodo sint bona, perficiunt Semiplenam probationem pro tor-
235 tura infligenda, & etiam quoad condemnandum in pœnam extraordinariam, & pecuniariam, non autem ordinariam, & corporalem.

232 Si vero dubitetur, an hæc indicia remota faciant Semiplenam probationem, iudicis arbitrio standum est, nec certa regula dari potest; dummodo sine dicta Semiplena probatione non torqueas.

xl. Indicium proximum facit Semipl. prob. regulariter enim testis, qui deponit de de-
226 licto per visum, vel alium sensum corpo-

reum

reum semiplenè probat, dummodo sit
229 omni exceptione maior, cum omnis
230 macula, omnisque defectus, ac exceptio
licet minima, siue in dicto, siue in persona,
hunc torturæ effectum impediat, imo hic
testis non est propriè indicium maleficii,
at Semipl. prob. Si enim duo testes in criminal. faciunt vnam probationem, ita & vnus testis in criminalibus faciet Semiplenam probationem.

Ad torturam igitur nunquam deuenies nisi habita Semiplena probatione, nec te moueant indicia, nisi eandem inducant.

xli. INDICIVM, & PRAESVMPTIO sic se habent. Præsumptio iuris est plus
236 quam indicium leue, & non sufficiens ad torturã, quia illa probatio absque eo quod
237 probetur, & directè tangit factum probandum, & indicia non probant, nisi probentur, & indirectè tangit factum. Præ-
238 sumptio hominis est minus quam indicium sufficiens ad torturam, cum sit cognitio ex circumstantiis resultans. Indicium vero est quoddam intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua singulari circumstantia. Et quando indicium est receptum, & approbatum à lege, eadem lex illud nominat
264 Præsumptionem.

xlij. INDICIVM differt à SVSPICIONE tanquam causa à causato, quia ex indiciis
iude

240 Iudex venit in Suſpicionem .
xliii. PRAESVMPTIO in genere eſt minus: quam PROBATIO ; imò aliquando ex
241 pluribus præſumptionibus oritur probatio, imo Præſumptio eſt minus quam Semiple-
242 na probatio .
xliv. Præſumptio, & Fictio præcipuè in duo bus differunt. Fictio cadit ſuper re certa,&
244 non vera; præſumptio autem ſuper re dubia, & quæ poteſt eſſe, & non eſſe vera. Et- ſic fictio nunquam conuenit cum veritate :
246 Præſumptio vero ſępe. Secundo differunt , quia Fictio etſi contra per indirectum ha beat probationem,directè tamen in contra-
246 rium nullam admittit. Pręſumptio autem ſiue ſit iuris , ſiue hominis ſemper, quę vero eſt iuris, & de iure aliquando, et ſi non regulariter eam admittit.
xlv. SVSPICIO à PRAESVMPTIONE differt, quia minus eſt quam ipſa Præſum-
251 ptio , ex multis enim Suſpicionibus confi-
252 citur vna Pręſumptio. Et quoniam Suſpicio ab homine inducitur , & ei ſoli conue-
253 nit Suſpicionis verbum , quia ſolus ſuſpicatur,cum ſit opus intellectus.Pręſumptio vero inducitur à l. & eſt hominis cum ſit Iur.
254 Iur. de Iure, & Hominis. Tandem differunt, quia vt præſumptio inducatur, euidentiora requiruntur indicia , quam ad inducendum ſuſpicionem, cum quis primo ſuſpi-

ſuſpicetur, deinde pręſumat.
xlvi. CONIECTVRA differt à SEMIPLENA
Probatione, & eſt ea minus, ſi eſt remota,
& nõ violenta,& etiam quod ſint plures re-
255 motę, & non leues, non inducunt Semipl.
prob. ſecus autem ſi coniectura ſit proxi-
ma, & violenta, quia hęc non diſtat à iuris
pręſumptione, & coniecturę plures bonę fa-
ciunt Semipl.prob.&habēt vim vnius teſtis.
xlvii. Probatio,quę ex plurib.coniecturis bonis
256 & proximis reſultat,dicitur euidentiſſima.
xlviij. Coniectura eſt etiam minus quam pręſ-
ſumptio, quia hęc naſcitur ex coniecturis
257 vt dictum eſt in pręſumptione,quę eſt men-
tis conceptus ab aliqua probabili coniectu-
258 ra deductus, & primo quis coniecturatur,
deinde pręſumit.
xlix. ARGVMENTVM differt à Pręſumptio-
ne,quia eſt minus ea. Imo eſt minus quam
260 Suſpicio, quia ex argumentis oritur Su-
261 ſpicio.
l. A SIGNO Argumentum differt, ſicut
pars à toto, quia ex pluribus ſignis aliquan-
262 do conficitur argumentum.
Scias, quod licet indicium, Pręſumptio,
& reliqua ſupradicta, ſua propria, & ſtricta
263 ſignificatione differant, promiſcue tamen
vnum pro alio capitur, vt adnotauit Nouel.
in pract. crimin. in Rub. indicia quæ pręce-
dere debent.

QVAE-

QVAEST. XXXVII.

Hic habetur, quibus indicijs torquetur homo: quæ sint indicia, quot modis dicantur, quæ sint arbitraria Iudici: de Iudice indebite aliquem torquente, & de interrogationibus faciendis reo.

j. Torturam inferri minime posse, non legi-
1 timis præcedentibus indiciis omnes asse-
runt, quia si fieri posset aliter, facile esset in
2 potestate iudicum in criminali iudicio à tor-
tura inchoare, quod tanquam absurdum iura
ciuilia, & canonica prohibent.
ij. Ad hoc vt legitima dicantur indicia, &
sufficientia ad torturam inferendā est opus, vt
3 sint verisimilia, probabilia, non leuia, aut
perfunctoria, sed grauiora, & vrgentia, certa,
clara, imo luce meridiana clariora, quia
4 agitur de torquendo reo, agitur de eius sa-
lute, & de damno irreparabili.
iij. Sint hæc indicia ita certa, & clara in ge-
nere suo, videlicet indiciorum, vt sint apta
ad plene persuadendum, licet non ad plenè
5 probandum, quia hoc pertinet ad probatio-
nem; & ratio est, quia idem est de parte quoad
partem, quod de toto quoad totum, sed ad
condemnandum probatio debet esse luce
meridiana clarior, ita pariter in genere suo
ad persuadendum indicia erunt ea luce cla-

riora. Et sic iis Iudex non erit certus in totum, sed quasi certus.

iv. Etiam erunt indicia certa, & clara, idest concludentia, & ad delictum inferentia, non
6 autem dubia, vel æquiuoca, & quam multipliciter interpretari possunt.

v. Hinc habetur non oriri indicium sufficiens ad torturam ex his, quæ ex accidenti contin-
8 gere possunt. Nec ex verbis dubiis, & obscuris, quæ possunt inferri in malum, & bonum.
9 Neque ex actu bono, quia bonum non præsumitur de malo, nec malum de bono.

vj. Indicia erunt sufficienria pro tortura, etsi fuerint remota, & testes deponent super circunstantiis delicti, vt puta ex inimicitia, fuga, fama, & ex similibus, iunctis tamen aliis. Et hæc est practica generalis. Et si habetur ab aliquibus, quod indicia sint proxima delicto, nota, quod alternatiuè loquuntur, dicentes debere esse, vel verisimilia, vel proxima: sufficit ergo, quod indicia remota sint verisimilia.
12 Similiter dum dicitur, quod testes ad hoc, vt super indiciis ad torturam probent, debent deponere de visu, & de ipso delicto, alias non nocent, intelligas, quando deponunt de indicio proximo, & non de remoto.

vij. Indicia remota sufficientia pro tortura debent esse concludenter, & plene in genere
13 suo probata per duos testes. Et hoc intellige
14 etiam in crimine hæresis, & læsæ maiestatis,

&

15 & in leuibus, & adminiculis,& hoc indubita-
17 tum penes omnes.

viij. Hi teſtes duo debent eſſe omni exceptione maiores, quia ſi tales erunt in probatione
28 inditii proximi, quare nō erunt in inditio re-
29 moto; in vtroq; agitur de tortura infligenda, & ſic de vita, & de ſalute hominis, & multi doloribus victi fatentur, quæ non fecerunt.

Nota, quod quando probantur indicia remota per teſtes inhabiles,ſufficiunt nō ad torquendum, ſed ad inquirendum. Vide infra Deciſ.11.12.13.14.

ix. Teſtes inhabiles admittuntur in atrociſſimis, & exceptis, & hæc eſt practica generalis,
30 quæ eſt contraria Farinaceo num.31.

x. In probatione indicij remoti illi duo teſtes neceſſario non debent eſſe conteſtes, & ſic
38 ſingulares ſufficiunt ad torturam, dummodo ſint omni exceptione maiores, & idonei, vel notabiles,& probatæ vitæ; etiam quod deponant ſuper inditiis proximis, quod intelligo, quæ inferunt valde veriſimiliter ad ipſum delictum,quæ indicia proxima aliquo modo dici poſſunt. Tandem requiritur, quod hæc indicia, ſuper quibus teſtes ſingulares deponunt, ſint plura, & talia, quę reddant animū iudicis quaſi certum contra reum. Exempl. Si vnus teſtis deponit de vno indicio remoto, alius de alio,vel duo ſingulares teſtes deponunt de vno indicio,non erit danda tortura; vnumquodq;

indicium dicitur habere per se duos testes contestes. Si vero indicia sunt plura quam duo, & vehementissima in mente iudicis, sufficiet quodlibet inditium probari per vnum testem; non enim est verisimile, quod tot testes non suspecti dicant talia, nisi reus sit culpabilis, vn-
39 de licet testes singulares non probent regulariter, probant tamen, si ita iudici visum fuerit, & illis tribus conditionibus ornati.

xi. Inditia remota (dicunt alij) probantur per testes singulares qui propterea coniungũtur ad
35 d. inditia probanda. Negari enim non potest, quin vnus testis aliquam præsumptionem faciat, vnde si plures sint testes singulariter deponentes de singulis inditiis, dicentur etiam plures esse presumptiones, ex quibus oritur vnicũ inditium ad torturam sufficiens. Exemplum: Vnus vidit Seium in terra prostratum, & vulneratum à Titio; alius dicit se vidisse Titium fugientem aspersum sanguine, & cum euaginato ense; Alter dicit se Titium vidisse versus nemora euntem, & se latitantem. Ex his singulis inditiis nonne veniunt plures præsumptiones generantes vnicum inditium ad torturam? In hoc casu vnum dictũ coadiuuat aliud, & tendunt omnia ad eundem finem. Et licet in coniecturæ præsumptionẽ, vel inditiorum debeant singularia indicia, ac præsumptiones esse in suo genere plenè probata, hoc tamen est verum in condemnandum, nõ autẽ

in

35 in torquendū. Hæc autem intellige, si hi testes
36 sunt aliàs integri, et bonæ vitæ, ac notabiles.

xij. 40 Inditia proxima etiam probari debent per duos testes, si deponunt non de delicto, sed
41 de actu valde proximo ipsi delicto, et valde
42 delictum inferente. Si autem loquimur de delicto immediate, et non super inditium ad maleficium, tunc sufficit vnus testis, etiam aliis non concurrentibus, quia etsi vnicus sit, tamen oritur semiplena probatio. Requiritur
58 tamen, quod sit omni exceptione maior, sine vlla prorsus macula, quamuis minima, et vndique venerabilis.

xiij. Si testis erit non omni exceptione maior, non probat pro tortura, nisi fama concurrente,
55 vel alio adminiculo, ex quibus supplebitur
56 testis inhabilitas.

xiv. Vel dicas, si contra hunc testem non omni exceptione maiorem vrget aliqua coniectura;
57 quia quando aliqua inditia sunt pro reo excusantia, tunc inditia contra reum debent esse multum vrgentia, vt superent illa, quæ faciunt pro excusatione rei.

xv. In delictis occultis, & difficilis probationis testis vnus de visu inhabilis, non tamen in to-
62 tum, & ipso iure probat ad torturam, quæ erit leuissima: aliter non ponens in practica.

xvi. Si inquisitus erit malæ vitæ, famę, & infamis, testis, probat pro tortura, etiam quod
65 non sit omni exceptione maior, dummodo

tamen non sit ipso iure inhabilis, vel non patiatur plures defectus.

Nota quod ille, qui est leuis vitę, non intelligitur de vili persona, & paupere, sed si est malę vitę.

xvij. Iudex habens amplum arbitrium non torquebit ex dicto testis nō omni exceptione ma-
78 ioris, nam arbitrium non supplet defectum
60.71. indicii, vbi nullum est inditium.

xviij. Nec etiam Princeps potest iudici mandare, vt aliquem torqueat sine inditiis suffi-
74 cientibus. Et si faciat de potestate absoluta, male facit, quia constitutus est à Deo, vt iustitiam faciat non iniustitiam.

xix. Iudex exequens Principis iniustum mandatum, non excusatur, quia nedum malum
77 operari non debemus, sed nec etiam ei cooperari. Et si iudex Principi diceret, quod talis commissio est contra ius, non vtique ille sic
74 mandaret. Et scies, quod obedientia debita, vel promissa non purgat obedientem in delicto coram Deo, et quin puniri debeat saltem
79 pena extraordinaria. Poterit tamen excusari Iudex mandato principis si procedit in leuioribus, non autem in atrocioribus, vt est tortura.

xx. Excusantur qui mandato Principis aliquem sine inditiis torquent, satellites, et alii officia-
78 les iudicis, qui nullam causæ cognitionem habent, non autem Iudex.

In

xxi. In atrocissimis delictis non potest quis torqueri sine legitimis inditiis præcedentibus,
79 quia quanto crimen est atrocius, tanto indicia debent esse grauiora. Et si in Insubria aliter obseruetur, hoc ad alias Prouincias non debet extendi. Et etiam serui sine vllis prorsus indicijs non torquentur, etsi aliquando sine plenis torqueantur.

xxij. In assassinio debent subsistere indicia ante torturam, & si vero multa habet specialia, non habet hoc, vt tortura detur sine dictis inditijs.

xxiij. Generaliter teneas in quibuscunq; atrocissimis, & exceptis criminibus debere Iudi-
83 cem adamussim obseruare iuris dispositionē, & easdem solemnitates, quæ in aliis criminibus seruantur.

xxiv. In crimine læsæ Maiestatis, non potest reus torqueri non existentibus legitimis, & suf-
92 ficientibus inditiis, licet hoc crimen multa habeat specialia.

xxv. In hoc crimine læsæ Maiestatis, vbi agitur de tractatu, consilio, vel conspiratione se-
95 crete facta, adhuc indicia requiruntur, sed bene leuiora sufficiunt, prout in aliis delictis occultis; & hoc non propter criminis atrocitatem, sed propter probationis difficultatem. Si vero non agitur de tractatu, consilio, vel conspiratione, tunc plena requiruntur inditia, prout in aliis delictis, non obstante, quod

crimen sit atrocissimum.

xxvi. In atrocissimis licet indiciis iura transgredi, consulto tamen Principe, nec aliter, & intel-
84 lige de maioribus Magistratibus, non autem
91 de minoribus.

xxvii. 88. Si delictum ultra atrocitatem sit de genere occultorum, & difficilis probationis, tunc leuiora sufficiunt indicia, non ratione
89 atrocitatis, sed ratione difficilis probationis. Sed si delictum sit simplex, atrox, & non occultū, iudex potest inferre grauiorē torturam, quam in leui, & non atroci. Non tamen eam inferre sine sufficientibus indiciis.

xxviii. In quocunque crimine, cum est danda tortura, non solum debent praecedere indicia,
43 sed esse qualia dicta sunt. Et vnum non sufficit indicium remotum, & plura praecedere debent generalia, & remota.

xxix. Vnum tamen remotum aliquando sufficiet, si cum eo erunt coniuncta alia: vt fuga,
45 fama, inimicitia, minae; quae licet sint indicia remota, iuncta tamen cum aliis erunt tantae virtutis, vt quis torqueatur.

xxx. Quandoque indicium potest esse ita proximum delicto, id est, inferens delictum, vt etiam quod remotum sit, hoc est, etiam quod
46 non tangat immediatè delictum, sufficit tamen ad torturam de se solum, & sine aliis ad-
47 miniculis. Et horum est, confessio rei extraiudicialis; res furata inuenta penes aliquem,

qui

48 qui visus est in rixa admenare ensem, licet non percutere, si enim finita rixa, reperitur aduersarius eius vulneratus, & mortuus, præsumitur ab ipso vulneratus, & occisus, & ex his indiciis, & præsumptionibus, etiam quod vnicæ sint, & alia non concurrant, poterit iudex ad torturam deuenire.

xxxi. Iudicis erit ergo arbitrium torquere reum ex vnico, vel pluribus illis indiciis, quod tamen
49 melius infra declarabitur. dec. 57. & seq.

xxxii. Si vnicum esset indicium proximum; & supradictis qualitatibus bene positis munitum, sufficiens est ab torturam.
44

xxxiii. Si iudex contra reum habet vehementem opinionem ex multis circunstantiis, etiam
101 extra processum, licet in processu non habeat inditium omnino sufficiens, potest tenere
102 reum verbaliter, & ei minando torturam, nisi veritatem dixerit. Et hæc verbalis territio qualem præsumptionem requirit contra reum; & si confitebitur, non tamen vitiata erit confessio.

xxxiv Si tamen reus erit persona vilis, & timida, puta mulier, cautè debet procedere iudex,
103 quia in his minæ faciunt, vti in corda datis, vel assuefactis torturæ, tortura ipsa.

104 Sicut iudex nulla habens indicia in processu, non potest torquere, ita etiam nec poterit nullis existentibus indiciis mandare ducendum reum ad locum tormentorum, vel spoliandum,

liandum, ligandum, vel eleuandum in tormentis, & sic torquendo licet leuiter, & si torquebit, vel terrebit, confessio subsequens erit iudicanda nulla.

xxxv Verum est tamen, quod si iudex in processu non habeat indicia ad torquendum
105 plena, & sufficientia, habeat tamen inditia quædam leuiora, poterit iuxta eorundem inditiorum qualitatem eius arbitrio, vel reum terrere ipsum mandando conduci ad locum tormentorum, vel ibi spoliari, ligari, vel etiam leuiter eleuari, et per paruum temporis spatium in tortura detineri, et sic torquetur leuiter reus, etiam quod non adsint indicia sufficientia ad torturam, dummodo tamen sufficientia, vel ad terrendum, vel ad aliter torquendum.

xxxvii. Sine legitimis præcedentibus inditiis, iudex non potest reum torquere, etiam de
109 consensu ipsius rei, quia nemo est dominus membrorum suorum, l. libr. hom. ff. ad l. Aquiliam.

xxxviij. Dum reus, vel accusator offerunt se contraria in tortura sustinere, et contra se
110 inuicem, vel stare super funem, non sunt admittendæ tales oblationes, nec valent.

xxxix Confessio emanata in tortura non præcedentibus legitimis indiciis nulla prorsus et
110 inualida est, etiam quod millies sponte sit ratificata.

De

De punitione Iudicis torquentis sine indicijs, vel occidentis.

xl. Iudex est plectendus, & tenetur in syndicatu, qui aliquem torquet non præcedentibus
111 tribus indiciis.
xli. Similiter plectendus est Iudex testem in-
114 debite torquens, & sine dictis indicils.
xlii. Iudici indebitè reum torquere volenti, etiam sine indiciis, impune resisti potest,
117 quia agitur de damno irreparabili.
xliij. Si iudex non præcedentibus indiciis aliquem torqueat, si hic tortus indebitè Iu-
118 dicem occidat, talis non punietur pœna mortis, sed alia mitiori, quia prouocatus, & iusto dolore victus hoc fecit.
xliv. Non effugiet pœnam iudex, etiam quod reus ex ista indebita tortura delictū se com-
115 misisse fateatur; & talis confessio illi non nocebit.
xlv. Si iudicis dolo, vel prece, pretio, aut particulari inimicitia corrupti, vel sine
113 indiciis sufficientibus, ob immoderatam
120 torturam tortus moritur, ipse Iudex decapitari debet, & multo magis, quando nulla ha-
122 buit inditia.
xlvi. In tantum tenetur iudex de morte indebitè torti, vt ipsum non iuuet protestari
119 in decreto torturæ, quod si sequatur mors,
non

non sibi, sed rei pertinaciæ imputetur. Non enim excusatur operans contra iuris dispositionem ex eo, quod protestatur, se facere id animo non delinquendi.

xlvij. Si iudex animo occidendi aliquem sine indiciis indebitè torquet, etiam morte non
128 secuta, de homicidio tenetur, per regulam,
129 quod affectus punitur eadē pœna, etiam non
130 secuto effectu, in crimine homicidii. Et hoc verum est de iure, secus vero de consuetudine, quia de generali consuetudine etiam in atrocissimis non punitur affectus eadem
124 pœna non sequuto effectu. Et hoc est practicandum : ac mitiori pœna ad arbitrium iudicis puniendus est ille.

xlviij. Si sequitur tantum alicuius membri debilitatio, iudex non morte, at alia pœna
125 ad arbitrium plectitur, & tenetur ad damna, & interesse.

xlix. Si aliqua aderant inditia, licet non sufficientia ad inferendum tantam torturam,
122 tunc enim quod is tortus obierit ob tormētum, Iudex non mortis pœna, sed alia mitiori pro excessu & culpa puniri debet.

l. Si tortus obierit propter imperitiam, vel ignorantiam iudicis, qui de suo non dolo
120 aliquam rationem, seu colorem allegabit,
121 mitius, arbitrariaque pęna mulctabitur, non enim in ea pręsumetur dolus, sed lata culpa.

lj. Si iudex non sit in dolo aliquo, minus in culpa,

culpa, legitimeque torturam inferat, nulla poena puniendus est, etiam quod tortus ob
131 tormentum moriatur.

lij. Quando in iudice torquente reum non præsumitur dolus, nec culpa, nec egressus,
132 qui talia ipsi impingit, hæc probare tenetur contra eum.

liij. Præsumetur in iudice tunc fuisse, vel non fuisse dolum, si in actis apparent legitima,
137 & sufficientia inditia, quibus reus fuit tor-
139 turæ subiectus. Si torsit reum iuxta modum solitum, in loco solito, & per ministros solitos. Si tortus noluit medicamenta sibi à medicis subministrata sumere, & ob id vel remanserit debilitatus, vel præ nimio do-
140 lore mortuus fuerit. Standum est relationi Notarii, & inspicienda est eius scriptura, quæ, & qualis fuerit inflicta tortura, & sic an per iudicem fuerit excessum, vel non excessum, & non excessus probatur medico-
141 rum relatione, & an ex tormentis inordi-
142 natis mortuus fuerit. Dictæ torturæ excessus, vel non, per illos de loco, in quo illa fuit
143 inflicta, probabitur. Si funiculus, vel lignum
144 fractum fuerit, & tortus ceciderit, & obierit, Iudex non est in causa. Dolus præsumitur in iudice, si ad torturam deuenit omnino
146 de facto. Hic dolus probari dicitur coniecturis, quæ sint clariores, & euidentiores illo, quia pro iudice iura multũ præsumunt.

Dum

liv Dum Iudex aliquem torquet, debet esse præsens torturæ, & bene videre semper
144 reum, & omnem adhibere diligentiam, an deficiat, nec debet ad alia loca diuertere, & in manibus custodum relinquere: quod si tortus ob id deficiens in tormentis moriatur, Iudex non est immunis à pœna saltem extraordinaria.

v. Non potest conueniri in syndicatu iudex, etiam quod reum indebitè torserit, quan
149 do in relaxatione eiusdem rei illum blandis verbis induxerit ad confitendum, quod legitimè fuit tortus; & si in actis apparebit Notarij.

lvi. Si iudex aliquem non torquebit, quem de iure torquere debeat, is iudex punitur,
148 sed non pœna mortis.

De indicijs etiam ante torturam quando non plena requirantur.

lvij In delictis occultis, & difficilis probationis indicia quidem requiruntur, sed leuiora,
153 quam in alijs delictis, & hæc reputantur legitima,& sufficientia.

lviij. In homicidio,& assassinio,qui ad indicandum mandantem, quando inter ipsum, &
154 occisum nulla aderat inimicitia, & causa offendendi, potest absque aliis indiciis torqueri, quia cum iste non habeat causam offen-

offendendi illum, & nemo delinquat ſine causa, neceſſe eſt, vt ad alterius inſtantiam hoc fecerit, & ſtante hac veriſimilitudine poterit abſque aliis indiciis ſtatim torqueri.

lix Hoc idem intelligitur etiam in mandatario non aſſaſſinio, ſiue ſit vilis, ſiue non,
154 quando nulla poteſt conſiderari cauſa, qua
155 illud delictum commiſerit, & per ſe illam non habuerit.

lx. Abſque aliis indiciis cuſtos bonorum, quę furto ſubtracta fuerint, poteſt ipſe torqueri ex præſumptione iuris, quam contra ſe ha-
156 bet, ad indicandum fures, dummodo illorum notitiam veriſimiliter habere potuerit, aliter non.

lxi. Torquebitur etiam nullis indiciis præcedentibus cuſtos ciuitatis, vel deputatus ad aliquem locum, pro euitando damna, vel
157 alia delicta, ſi in eo loco, & ciuitate furtum, vel aliud delictum commiſſum fuerit, quod creditur fuiſſe factum cuſtodum culpa, niſi factum fuerit in loco, vel in tempore, quo bene cuſtodiri non poterat.

lxij. Si furtum factum eſt in hoſpitio, vel caupone, ſerui, & domeſtici cauponis, & hoſpi-
160 tis torquebuntur ſine indiciis, ſi ſunt viles perſonæ, imò ſi non per ſe non habent bonam famam, & bonam vitam, quia tunc probatio excludit præſumptionem.

lxiii. Bannitus contumax eo modo torquen-

dus

dus est, si venit ad se defendendum, & pur-
161 gandam contumaciam in termino sibi à sta-
tuto concesso, & ratio est, quia passus est se
exbanniri.
lxiv. Itidem maritus, de quo dicitur occidisse
vxorem clandestine, at si de hoc clam non
162 tractatur, tunc non minora requiruntur in-
dicia, quam in illis, licet atrocissimum pos-
sit dici delictum.
lxiv. Etiam fur, qui confessus fuerit vnum fur-
tum, potest interrogari, & torqueri dicto
167 modo de aliis furtis, si tamen fuerit insignis
171 fur, vel latro, viarum grassator, malæ famę,
& diffamatus, vel alias magnus facinorosus,
& homicida pluribus sententijs condemna-
tus. Non sine aliquibus inditiis hi etiam
172 torquētur, quia publica diffamatio succedit
loco tormentorum.
lxv. In fure autem, bannito, & assassinio sim-
plici non est deueniendum ad interroga-
171 tionem, vel torturam sine suis indiciis in
specie ad habenda alia eius delicta. Et con-
fessio sic sine suis indiciis extorta non suf-
166 ficiet ad condemnandum, sed ad inchoan-
dum nouum processum. Et hoc est de iure
communi, & de approbata consuetudine
vnde sic in practica.
lxvi. Ad habenda vero alia furta, vel delicta
in homine facinoroso, & insigni, tortura de
171 bet esse moderata, non autem excessiua, &
hoc

hoc bene nota, qui eris iudex; Deus enim assistit, & te super hoc iudicabit.

lxvij. Ad habendum responsionem affirmatiuam, vel negatiuam, & sic præcisam absq;
176 aliis indiciis poterit sine dubio torqueri aliquis, si interrogatus à iudice super delicto, pro quo est inquisitus, & carceratus, vel non vult ei respondere, vel si respondet, non præcise respondet iudici petenti ex offi-
177 cio, & etiam pro parte accusatoris, vel Fisci.

lxviij. Et quando per verba dubia, puta, dicendo: Non scio, vel non recordor, vel per
177 verbum Credo, in ijs, quæ sensu corporis percipiuntur, vel dicendo: Me remitto ad
176 id, quod scriptum est.

lxix. Et licet tortura inferatur ad habendam responsionem, & non confessionem de deli-
178 cto, si tamen reus fateatur delictum, & quod sit tortus sine indiciis, confessio est valida pro condemnatione.

lxx. Si reus petit dilationem ad deliberandum, an velit respondere affirmatiuè, vel negati-
179 uè, absq; concessione talis termini, potest cogi ad respondendum præcisè. Sed secus erit in respondente, sed non præcisè, puta si diceret: Non recordor, & esset interrogatus non super delicto, sed super circumstantiis
180 substantialibus ad delictum, & huic dandus est terminus.

lxxi. Practica seruat, quod si interrogatorium

concernat circumſtantias ſubſtantiales , &
182 pertinentes ad ipſum delictum, etiam quod
non concernat proprium, & principale de-
182 lictum, poteſt torqueri non præcisè reſpon-
dens: Et maximè ſi eſt veriſimile, vt recor-
detur, vel ſunt de facto proprio, & de mo-
dico tempore.

lxxij. Admittitur tamen reſponſio non præci-
ſa, & per verbum, Non, quando quæritur
182 non ſubſtantiale, nec inferens, ſeu pertinens
ad delictum. Et etiam quando veriſimili-
ter reus non recordaretur de eo, de quo in-
terrogatur, vel quia factum non eſt pro-
prium, vel eſt de longo tempore. Vnde
ſtandum eſt arbitrio iudicis, & conſiderata
qualitate perſonarum.

lxxiii. Non eſt autem hic torquendus, niſi de
delicto, licet contra eum adſit diffamatio,
183 vel aliud indicium loco diffamationis, & niſi
184 de corpore delicti.

lxxiv. Si nullatenus reus vellet reſpondere, tunc
ad reſpondendum poteſt cogi per tortu-
182 ram, ſiue interrogatio contineat delictum,
ſiue eius ſubſtantiam, ſiue non. Hic enim
videtur contemnere iudicem, & efficitur
contumax.

lxxv. Non torqueatur reus, quando habet le-
gitimam cauſam non reſpondendi, vt ſi eſ-
188 ſet infirmus, nec mentis compos, vel habe-
190 ret iudicem ſuſpectum, ne reſpondendo,
videa-

videatur consentire in eius iurisdictionem.

lxxvi. Tortura vero, quam posuimus in reo nõ praecise, vel nullatenus respondente, dabi-
191 tur in delictis atrocibus, & causis, in quibus de iure potest deueniri ad torturam; secus in leuibus causis, in quibus reus pro principali delicto non potest torqueri.

lxxvii. Haec tortura erit moderata, & per vnam
187 quartam partem horae.

lxxviii. In casibus non leuibus, qui non vult respondere, vel praecise respondere, mulctabi-
191 tur captis pignoribus, facta monitione erit contumax, vel ei dicetur, quod habebitur pro confesso, si pari monitione contemnet, & punietur pena confessatorum criminum.

lxxix. Quae legitima, & sufficientia indicia ad torquendum sint, certa doctrina dari non
192 potest, & sic erunt iudici arbitraria.

lxxx. Tale iudicis arbitrium debet esse non liberum, & absolutum, sed iuri, & aequitati
193 astrictum, & conforme approbatis Do-
194 ctorum doctrinis, ac iuri communi, nisi quoad modum procedendi, & circa aliqua leuia.

lxxxi. Si iudex in arbitrandis indiciis ad torturam debet sequi aequitatem, etiam in du-
195 bio debet inclinare in mitiorem partem.
196 Et debet arbitrari, vt bonus vir, qui in alios facit, acsi in persona sua faceret, & sibi fieri vellet.

 Cum

Cum iudex debeat seruare leges, & conformare se iuris dispositioni, necessario sequitur, quod non potest noua indicia inducere, & ex sua ceruice ea formare, nisi, quæ à iure subsistunt. Nota, quod forsan melius dici potest dicta indicia non esse arbitraria iudici, quam esse ad torquendum. Sis ergo cautus iudex.

QVAEST. XXXVIII.

Tortura in quibus casibus non inferatur, etiam quod legitima præcedant indicia. De pluribus considerationibus per iudicem habendis, antequam ad torturam deueniat. An à decreto torturæ detur appellatio, quemadmodum, & per quantum tempus reus possit torqueri, vel in tormentis repeti.

1 QVando adsunt legitima, & sufficientia indicia, regulariter potest reus torqueri. Antequam deueniatur ad torturam, debet constare de corpore delicti, & nisi hoc
2 constito, non ad torturam, nec ad capturam, nec ad inquisitionem potest deueniri.
iij. Etiam prius debet poni ad largam, & dari illi copia indiciorum, & tempus ad faciendum suas defensiones.
iv. Tortura non datur nisi in subsidium, & vbi veritas aliter haberi non potest, infligitur; vn-
4 de quando reus est conuictus, non torquetur.

Reus

v. Reus non ſtatim eſt torquendus, ſed eſt in-
5 ſpiciendus,an ſit priuilegiata perſona,nec ne.
vi. Non in omni cauſa, & delicto, nec in cauſa
pecuniaria datur tortura, ſed in delictis graui-
6 bus, & atrocibus, ac in cauſis, in quibus agitur
de pœna corporali.
vij. Etiam ſtantibus indiciis, iudex ante tortu-
ram dicitur interloquendo pronunciare reum
eſſe torquendum, & non de facto, & abſque
alio ad hoc procedere; etiam quod ſciat, reū
re velle appellare ab interlocutoria. Poteſt
10 enim reus appellare à decreto torturæ.
viij. Iudex formando illam ſententiam ſum-
matim recenſet omnia inditia, & omnes præ-
8 ſumptiones,quibus mouetur ad infligendum
reo torturam.
ix. In ſententiis tamen diffinitiuis criminalibus
non inſeritur cauſa; niſi quando rei contuma-
9 cia condemnatur.
x. Et licet per appellationem illam iudici non
ſint ligatæ manus, quin poſſit ſuam exequi
11 ſententiam ante inhibitionem, dicitur tamen
ſuperſedere etiam antequam ſit inhibitus,
quia agitur de damno irreparabili, vt eſt
tortura. Et hoc intelligitur, cum pronun-
ciat reum fore torquendum, & ſuper delicto
principali, & quando torquetur ad habendam
12 reſponſionem affirmatiuam, vel negatiuam.
xi. Iudici eſt ſuperſedendum interpoſita dicta
appellatione, verum nec innouare poteſt ali-

13 quid pendente termino ad appellandum, & sic per decem dies post decretum suum.
xii. Licet reó appellare, nedum à decreto torturæ, sed à comminata tortura. Et hoc est
14 verum in iure ciuili, & canonico, etiam in
16 crimine læsæ maiestatis.
xiii. Si non obstante dicta appellatione iudex ad torturam processerit, & ob id à reo con-
27 fessionem extorserit, talis confessio est nulla, & inefficax ad condemnandum.
xiv. Male faciunt iudices, qui putant tollere hanc appellationem à reo, interpretando de-
21 cretum de tortura non palam, & euidenter corā illo, sed secretè, & postquā est ductus sub
22 tondulo; nullo pacto enim potest reus priuari suo iure, & auctoritate.
xv. Non admittitur tamen dicta appellatio, quando notoriè, & euidenter esset friuola, ca-
23 lumniosa, & iniusta: quia tenetur iudex obsistere calumniis, quibus intricatur, & procrastinatur causæ veritas, & cognitio.
xvi. Quæ autem sit appellatio cōtinens causam friuolam, à iure non omnes modi ponuntur:
27 iudicis ergo arbitrio standum est; qui videns in processu legitima ad torquendum indicia,
28 debet considerare, an sint purgata in termino concesso reo ad faciendum suas defensiones.
xvii. Non est nouum, quod hæc cognitio spectet ad iudicem; fit enim duobus modis, vno
29 modo ad sciendum an sit deferendum, nec

ne

ne appellationi interpositæ, an alio modo, an
appellatio sit legitima, & admittenda: primo
spectat ad iudicem, à quo appellatur; secundo
ad iudicem, ad quem appellatio fit.
xviij. Si certus est iudex de calumnia, currit,
quod diximus, secus si sumus in dubio, siue iu-
30 ris, siue facti; quia in dubio iudex dicitur su-
persedere in tortura, & expectare, quid pro-
nunciet iudex ad quem; ex quo esse potest, vt
quod iustum, vel iniustum videtur ei, aliter
appareat iudici ad quem est appellatio.
xix. *N*on potest iudex reum torquere, quando
bibit, vel comedit, sed debet expectare sal-
32 tem per quinque, aut sex horas post; & ad
plus per octo horas: eo enim tempore perfecta
digestio facta erit.
xx. Omnes rei non æqualiter sunt torquendi,
& dari non potest certa regula, sed arbitrio
33 iudicis standum est. Dependet hoc ex graui-
uitate, vel leuitate delicti, ex qualitate indi-
ciorum, an leuia sint, an vrgentia, & an plu-
ra, vel vnicum. Item ex qualitate personæ,
an sit homo robustus, & fortis, an debilis, &
delicatus, an minor, an maior, an senex, an iu-
uenis, an sanus, vel infirmus, an timidus, vel
versutus. Consideretur exudatio venæ, vul-
nus in pectore. Si difficultatem anhelitus,
aut morbum Gallicum, aut si quid simile
habuerit.
xxi. Torturæ gradus magis accepti, & vsitati

sunt quinque. Primus erit, quando iudex
52 mandat reum spoliari, ligari, & funi applicari, itaut nil aliud deficiat nisi sola eleuatio. Hic datur, quando indicia sunt leuia. & non talia, vt sufficiant ad plenam torturam, licet bene reum suspectum cognoscat. Hoc vtimur in debiles, timidos, & delicatos, non in robustos, versutos, atque dolosos. Et largo modo dicitur tortura, quia torquetur animus, &
43 non corpus.

xxii. Secundus gradus est, quando réus eleuatur, & ibi detinetur modico tempore, vt
44 per vnum Pater noster, vel vnum Miserere ad plus, absque tamen squassatione. Hoc vtitur, quando reus est magis suspectus, quam
45 in primo gradu, & indicia sunt plenè probata. non tamen ita sunt plena, & ita propinqua, vt ad grauiorem torturam possit perueniri.

xxiii. Tertius gradus erit, cum reus detinetur in altum per spatium duorum Miserere, vel
49 paulo plus, absque tamen squassatione. Ad hunc deuenitur, quando indicia sunt plena, & plenè probata, delictum tamen non est atrox; & si est atrox, reus est nobilis, vel honestæ familiæ, & bonæ famæ, ac conditionis. Et ad plenam torturam iudex non debet deuenire, nisi saltem adsit vnum indicium sufficiens, & plenè probatum.

xxiv. Quartus gradus torturæ est, cum reus deti-

netur in altum per tertiam partem vnius ho-
47 ræ, vel per mediam, vel per duas tertias par-
tes, vel per vnam horam integram, cum vno,
duobus, vel pluribus ictibus funis, vel quassa-
tionibus. Et in hoc gradu non datur, nisi in-
ditia sint vrgentia, & plenè probata, & reus
suspectis. quod habeat membra robusta, quod
crimen sit atrox, & scandalosum, vt est sacrile-
gium, sactorum abusus, & homicidium gra-
ue, furtum magnæ rei, vel sacræ.

xxv. Torturæ vltimus gradus est, quando reus
suspensus pertinaciter negat, & torturam ip-
sam paruipendere videtur, iudexq; vltra ictus,
& squassationes mandat in eius pedibus liga-
ri aliquod pondus, aquam frigidam in dorso
10 pendentis adhibere. Ad hanc torturam non
deuenitur, nisi vltra requisita in 4. gradu, &
delicta nedum atrocia sint, sed grauissima, &
atrocissima, vt est hæresis, læsa Maiestas, pro-
ditio, ingens assassinium, enormissimum ho-
micidium, vt Cardinalis, vel Principis male-
ficium.

xxvi. In tempore torturæ debet Iudex mode-
rate se gerere, ita vt remaneat reus sal-
uus, & illæsus, & potius vti benignitate,
52 quam atrocitate, & in mitiorem partem
53 inclinare, non gloriam vanam affectans,
nec ad aliquam pompam suam conscien-
tiam dirigens, sed ad Deum, qui iudi-
cem ipsum iudicaturus est potenter de hoc
tor-

torquendi actu, quicunque fuerit.

xxvii. Et vt sciat Iudex, quomodo in tempore debeat hoc suum arbitrium regulare, sciat,
54 quod non nisi per horam, etiam quod simus in quarto gradu torturæ, reum torquere licebit. Et quando sumus in quinto, non licebit torquere illum per tres, vel quatuor horas., sed per vnam horam, vel paulò plus, ita quod non excedat quartam partem secundę horę in secundo; & in tertio gradu tortura erit leuior, & intra vnam horam.

xxviii. Dum dicunt aliqui Doctores, quod rei pro quolibet indicio, & pro qualibet vice tribus ictibus funis affliguntur, dicas, quod non pro quolibet indicio, dantur tres ictus funis, sed omnibus computatis, & pro omnibus in-
54 diciis, simul dantur ictus duo, vel tres, & non vltra.

xxix. Torturæ gradus, non regulatur à quantitate ictuum, sed à tempore. Quando indicia sunt vrgentissima, & delictũ est atrocissi-
54 mum, & reus robustus, etiam vltra tempus afficitur aliquo ictu, vel squassatione, sed in his casibus Iudex mandat potius squassari funem, quam reum ictibus tormentari.

xxx. Tales enim squassationes sunt minus periculosæ, quam ictus, & inferunt magnum dolorem, imò maiorem sentit dolorem reus sic eleuatus, & suspensus, quam dum ictibus torquetur.

Non

xxxi. Non licet iudici adhibere noua, & inusitata tormentorum genera ex suo capite, sed
55 consuetis vtendum est; quod si rei ex hoc vitam, aut membrum aliquod amittunt, vel
56 debilitati remanent, tenentur ipsi.
xxxii. Etsi aliqui Doct. dicunt posse adhiberi noua in delictis atrocissimis, male dicunt in
57 iure. Quando delicta sunt grauia, & atrocia, potest etiam Iudex grauibus, & atrocibus tormentis vti, sed non insolitis, & nouis.
Et in omnem euentum cauendum est à tormento siue nouo, siue solito, per quod rei
58 carnes scinduntur, aliàs faciet contra l. prohibitionem.
xxxiii. Non torqueat iudex quemquam suis manibus propriis, sed relinquat hoc vnis sa-
59 tellitibus.
xxxiv. Funis tormentum est inter omnia vsitatius, approbatum à legibus, & vsu. Et corda
60 subtilis infert maiorem dolorem, quã grossa.
Solet dari vna tantum manu ligata, habente
61 reo in alia impedimentum aliquod, vel etiam
62 non habente, et ab hoc genere tormenti non receditur, nisi quando rei ob aliquam causam illud pati non possunt.
xxxv. In atrocissimis, et quando reus tormentum paruipendere videtur, apponuntur pedes
64 ferrei, pondus aliud, vel baculus intra pedes
65 punitur, vt non possint coniungi: vel deponitur reus, et in sede lignea accommodatur, et

ibi

66 ibi sistitur, donec refrigeratus videatur, et postea iterum eleuatur, quo casu patitur maximum dolorem. Aspergere aquam frigidam in dorso rei, hodie non est in vsu.

xxxvi. Tormentum stanghettæ, vel taxillorum est secundum genus tormentorum. Sed ista
67 non dantur, nisi quando tortura non potest dari ob aliquod impedimentum.

xxxvii. Tertium tormentum est, Sibilorum, quo vtimur in pueris, mulieribus, vel in ca-
68 sibus leuibus.

xxxviii. Tormentum quartum est ignis, quo maiores nostri vtebantur in atrocibus, sed
69 loco eius modo succedit vigilia. Hoc igneo vtimur etiam quando adest impedimentum, ne torqueatur reus, et non est magni doloris, vt his temporibus infligitur.

xxxix. Tormentorum vltimum, et atrocius est vigilia: et Marsilius Bononiensis magnus Criminalista fuit inuentor. Verum est, quod mo-
71 dernus quidam Nerone crudelior, aliud Capram dictum inuenit, quo reus patitur simul vigiliæ, et funis tormentum, vt omnes ferè confitentur, cum insupportabilis sit cruciatus. Hæc Capra non habeatur nisi in verè atrocissimis, vt læsa maiestate, assassiniis, famosis et similibus. Quomodo hæc duo tormenta dentur, consule alios: ego enim non sum apparitor, aut birruarius.

xl. Tortus semel non potest iterum torqueri, nisi

nisi noua superueniant indicia. Et si aliqui
72.73 Assessores aliter faciunt, malefaciunt, et
74 contra ll. et Doct. si indicia erunt sufficientia
75 ad torturam, et non plus.
xli. Ad hoc, vt reus possit repeti in torturam,
non solum est necessaria superuenientia indi-
76 ciorum, sed esse debent euidentiora, et for-
tiora primis; imò diuersi generis. Vt si pri-
77 ma respiciebant inimicitiam inquisiti cum
occiso, et ex illis fuit tortus, et nihil sit fassus,
superuenit postea vnus testis, qui deponit se
vidisse eundem reum vulnerare, talia dicuntur
noua inditia, et differre specie à primis; et ex
illis potest reus semel tortus iterum torqueri.
Si reus habuit contra se indicia per famam
probatam per aliquos testes, et ex illis tortus
perstiterit, non potest amplius repeti, etiam
quod superueniant alii testes, eandem famam
probantes. Et ratio est, quia tales testes non
inducunt nouum indicium, sed nouam pro-
bationem veteris inditii, quæ ad repetendum
torturam non sufficit.
xlij. Si indicia erant vrgentissima, et grauis-
sima; et per vnicam torturam non censen-
79 tur purgata, potest repeti etiam aliis non su-
peruenientibus inditiis. Etiam opus est, vt
reus sit sufficienter tortus, secus si leuiter, vt
si reus est torquendus per mediam horam po-
test Iudex diuidere hoc tempus, et prima vi-
ce torquere tempore vnius octauæ partis di-
ctę

ctæ mediæ horæ, & ſecunda vice etiam nullis
83 ſuperuenientibus indiciis torqueri pro toto
85 alio tempore, vt ſufficienter ſit tortus.

xliii. Si inditia eſſent multum vrgentia, & multum manifeſta, non per hoc tortura eſt
82 ſemper repetenda, ſed ſi fuerit reus robuſtus, & qui animo, & corpore primæ torturæ reſiſtentiam fecerit, aliàs ſecus, etiam quod ſit grauatus pluribus indiciis multum vrgentibus. Ratio eſt, quia tortura dicitur grauis, & leuis non tantum reſpectu temporis, ſed etiam reſpectu qualitatis perſonæ.

xliv. Confeſſio extorta in repetitione tormentorum, quæ repeti non debebant, nihil valet,
78 nec reo nocet.

xlv. Iudicis arbitrio remittitur, quando reus dicatur leuiter, & non ſufficienter tortus; an
87 vero ſecus. Item quando indicia contra eundem reum ſint multum vrgentia, & manifeſta,
88 & pariter ſi ſecus. Hoc dicitur arbitrium, & ſit ſecundum regulas iuris, & boni viri, & non ex ceruice. In dubio autem pro non repeti-
89 tione teneat, & ſic in mitiorem partem.
87 Et DD. dicentes repetitionem torturæ eſſe arbitrariam, noli eos audire ſic ſimpliciter loquentes.

xlvi. Ratificare nolens ſuam confeſſionem factam in tortura, dicens ſe dolore eam fe-
91 ciſſe, poteſt denuo torqueri etiam non nouis ſuperuenientibus indiciis ad perſeuerandum
in

in confeſſione, & ſatis nouum ſuperuenire dicimus indicium ex ſua veritate, & confeſſione præcedenti, quæ licet non ratificata, inducit tamen ſemiplenam probationem. Et niſi iterum hic poſſet torqueri, furca ſtaret in viduitate, quia nullus ratificaret, ſciens non poſſe repeti torturam, & conſequenter nullus ſic occideretur, cum non ratificans confeſſionem non moriatur.

vii. Licet reus poſſet cogi ad perſeuerandum in ſua confeſſione non ratificata, non eſt torquendus tertio, vel toties, donec ratificet, quandoquidem indicium, quod ſuperuenerat ex illius priori confeſſione, purgauit per nouam torturam: Vnde debet dimitti.

xliij. Si indicia prima contra reum exiſtentia, eſſent multum vrgentia, & multum manife-
46 ſta, vel ſi prima tortura non fuit pro primis indiciis ſufficiens, ſed leuis, vel non confeſſus poterat ſecunda vice in tormentis repeti. ſi ipſe reus in ſecunda tortura, vt ratificaret, perſiſtat, poterit alia via, & ſic tertio torqueri. Et non erit plus debito tortus; quia duabus vicibus torquebitur propter prima indicia, & tertia propter nouum indicium ſubueniens ex non ratificata confeſſione. Et ſi in hac tertia perſiſtet, relaxandus eſt; ſi fatebitur, & ratificat condemnetur. Si autem non ratificat, quarta vice non torqueatur, cum prima indicia per binam torturam fue-

fuerint purgata, prima etiam confessio per aliam torturam fuit purgata, & secunda confessio tunc non inducit nouum indicium sufficiens ad torturam, quia non est diuersi generis à prima.

xliv. Si vnus fateatur, & non ratificet, & ex hoc torqueatur secundo, & dum tor-
96 quetur, secundo fateatur, vt prius fecit delictum, & secundo ducatur ad ratificandum, qui postea nolit ratificare, potest tertio torqueri ob istam nouam negationem. Quod si ad bancum ducitur ad ratificandum, & non velit ratificare, non est amplius torquendus. Impium est enim vltra tertiam vicem computata prima reum torquere. Et hic erit relaxandus sub fideiussione de se repræsentando, vel absoluendus.

l. Si accidit, vt quis contra habeat vrgentissima indicia, & talia, vt iudex etiam non superueniente noua confessione, possit de iure reum vsque ad tertiam vicem torquere, & confessio rei superueniat in tertia tortura, tunc si ductus ad ratificandum, non ratificat, etsi nouum superueniat indicium ex dicta confessione, quarta vice non tormentabitur, nisi à carnifice iudice.

li. Quando ob grauitatem indiciorum iudex decreuit torturam repetere, & reus tunc fas-
98 sus fuerit, & postea ductus ad ratificandum noluerit ratificare, poterit tertia vice torqueri

ex

ex confessione subsequuta, & non ex ratificatione, non autem plus etiam, quod iterum fateatur, & postea nolit ratificare, vt dictum est supra.

liij. Et si vero indicia prima sint ordinaria, et non multum vrgentia, ita quod ex illis iudex
99 non possit reum de iure non nisi vna vice torquere, et in tortura reus fateatur, et postea non ratificet, potest ex hac negatione torqueri secunda vice, in qua si denuo fateatur, et postea non vult ratificare etiam hac secunda vice, non potest tertia vice torqueri, quia secunda non ratificatio non inducit indicium diuersi generis à prima non ratificatione.

Hinc vides, quod nec semper fassus in tortura, et nolens ratificare, torquentur vsque
99 ad tertiam vicem, quia hoc solum procedit quando inditia sunt multum vrgentia.

liij. Repetitio torturæ ob non ratificationem confessionis factæ in tormento procedit, vbi
110 quando à reo allegatur solum dolore, & metu tormenti se fassum esse; sed si dicit reus quod intendit probare errorem suæ confessionis, tunc reus debet poni ad largam ad illum probandum, quem si non probabit, torquebitur, vt dictum est.

liv. In repetitione torturæ seruentur tria. Primum, quod non in eodem die, sed in se-
130 paratis, et interpollatis diebus inferri debet.

Secundum est, quod in decreto depositionis
104 à tortura protestetur illud fieri sine præiudicio alterius repetitionis, & animo continuandi tormenta, quatenus de iure reperiri de-
105 beant. Tertium est, quod vltra tres vices reus non torqueatur, stantibus quantumuis vrgentissimis indiciis, & verius de iure
106 videtur, vt tantum secunda vice, & plus torqueri possit, quando sunt indicia vrgentia, & vehementia. Et dum DD. loquuntur de trina tortura, loquuntur, vel in reo, vel in teste variante, non autem in reo semper negante, in tortura persistente.

lv. In die feriato non audeat iudex inferre
107 torturam, nisi sit delictum atrocius.

lvi Tortura non infligitur à iudice non habente merum imperium, & hanc potesta-
109 tem, etiam quod sit simplex assessor, vel locumtenens potestatis.

lvii. Sciat prius iudex ante torturam, quod quando contra reum sunt inditia aggrauan-
110 tia, si fuerint euacuata inditiis innocentiæ in processu defensiuo, non debet torquere
111 illum, quia vna præsumptio tollit aliam, & quando duæ inuicem contrariæ præsumptiones, videlicet delicti, & innocentiæ concurrunt, semper præferenda est præsumptio exclusiua delicti, si pro reo sint grauiora inditia, vel paria, vel etiam aliquantulum leuiora, & debiliora iis, quæ sunt contra

reum, non potest torqueri vllo pacto; licet secus, si inditia contra eum fuerint multum grauiora, & vrgentiora. Nota hoc iudex.

QVAEST. XXXIX. DECIS.

De defensionibus dandis, vel negandis ante torturam.

i. DEfensionibus denegatis tortura non potest regulariter inferri, quia sunt de iure
1 naturali; quæ cum concedantur à iure, si iudex eas denegauerit iniuriam faciet legibus,
volens melior videri, quam ipsæ leges.
ij. Debet reo decerni copia indiciorum ex processu contra ipsum laborantium, & competens
2 3 terminus ad illa purganda.
iij. Ad faciendas has defensiones non vna tantum dilatio temporis danda est, sed etiam
4 tres dilationes, imo datur quarta in quibuscunque causis criminalibus. Si tamen reus
in aliis nihil probauit, nullo prorsus existente
5 impedimento, non tenetur iudex, nec Prin-
6 ceps hanc quartam concedere, tamen cum
7 sit modici præiudicii, maxime quando reus
est in carceribus, cessat præsumptio calumniæ, & concedenda esset.
iv. Debet iudex supersedere in procedendo ad vlteriora petita inditiorum copia cum ter-
8 mino, & dilatione concessa, & pendente, nisi adesset tumultus in populo ob retardationem

9 punitionis rei, tunc enim si sequatur tumultus,
11 potest ad executionem capitalem deuenire termino concesso. Et nisi seruasset sibi facultatem procedendi ad vlteriora.

v. Si autem dilatio reuocaretur, potest proce-
10 di ad vlteriora. Tamen iudex non debet eam reuocare, nisi essemus in notoriis, causa euitandi tumultus in populo.

vi. Ponendus est reus ad largam, videlicet ad carceres publicas, in quibus possit ad suum li-
13 bitum alloqui, & consulere Aduocatos, Procuratores, & amicos suos. In caussis tamen arduis, & atrocissimis, in quibus dubitatur de subornatione, non tenetur iudex ante torturam ponere ad largam reum, sed tantum ei dare commoditatem alloquendi Procuratores, & Aduocatos in præsentia Iudicis, & Fiscalis, vel Notarii, quia licet Iudex non possit tollere modum defendendi, potest tamen illum restringere, & limitare; quod tamen raro est faciendum.

vij. Defensiones, & inditiorum copiæ denegari non possunt à Iudice habente quodcun-
15 que liberum, & absolutum arbitrium, & potestatem procedendi sine iuris solemnitate, simpliciter, & de plano, & sola facti veritate
12 inspecta. Has etiam Princeps sua absoluta auctoritate potest reo denegare, cum sint de
18 iure nostro introductæ: & hoc verum est in ciuilibus, & multo magis in criminalibus.

Et

Et si mandaret reum indefensum torqueri, iudex non debet in hoc mandato obedire. Et dum volunt aliqui defensiones tolli, intelligas id posse fieri aliquando in causa ciuili, & pecuniaria, vel de defensione ciuili, non autem de naturali.

viij. Licet defensio quoad eius substantiam, & prout est de iure naturali, & quæ crimen exclu-
23 dit à mera innocentia, non possit tolli à Principe, potest tamen tollere eam, quæ consistit in exceptionibus introductis à iure ciuili positiuo, quoad eius formam, et iuris positiui solemnitatem. Sicut enim Princeps, potest ius positiuum concedere, potest etiam illud tollere, et modum variare.

ix. Stante aliqua iusta causa Princeps, et Iudex potest denegare defensiones reo: sed iusta
24 causa, quæ dicatur, consule Doct. et inter alias est, quando timetur populi tumultus, et quando delictum est plusquam notorium, alii vero casus habentur in iure communi, præter quos non creditur licitum esse huiusmodi defensiones denegare.

x. Satutum etiam potest tollere defensionis formam, modum, et solemnitatem à iure po-
26 sitiuo introductam, et restringere tempus, non tantum quoad eius substãtiam, & prout est iu-
27 ris naturalis. Scias tamen statutum debere
28 strictissime intelligi, vt minus corrigat ius commune quam sit possibile.

xi. Consuetudo non potest tollere defensiones reo; quia si hoc facere non potest statutum, 29 expresse, multo minus id potest tacitè consuetudo. Et quando alicubi, vt in magna Cu-
30 ria Vicariæ Neapolis, ex processu informa-
31 tiuo, et negatis defensionibus torquetur reus, non procedit, nisi in atrocissimis, et reis pessimæ vitæ, vt sunt incendiarii, raptores, insignes latrones. Hoc tamen fit quatuor concurrentibus: vt causa sit delegata specialiter à Principe, et quod eadem suprema Curia inquirat; secundo, quod simus in atrocioribus, et occultis; tertio, si torquendus sit malæ conditionis, & famæ; quarto, dum reus non se offert probaturum tale quid, quo probato cessat tortura. Vnde vides has consuetudines esse restrictas, vt fere nihil operentur vltra ius commune.

xii. Si reus post torturam confessus sit, vel etiam sine tortura prætendatur conuictus, non potest iudex contra ipsum sententiam proferre; nisi prius eidem concesso termino ad dicendum, & opponendum contra suam confessionem, vel probationes respectiue: potest enim reus multa opponere aduersus suam confessionem. Et si non se defenderet in termino, videtur in confessione perseuerare, & condemnandus est. Et hæc est totius mundi practica.

xiij. Si reus sit conuictus, siue confessus, antequam

tequam condemnetur, tenetur iudex ex offi-
35 cio, & etiam reo non petente defensiones, &
40 terminum ad se defendendum illi assignare.

Et hæc est communis practica.

xiv. In atrocissimis delictis quæcunque sint, etiam hæresis, & læsæ Maiestatis nullo pacto
41 sunt negandæ reo defensiones, & terminus ad se defendendum, etiam in occultis, & difficilis probationis.

xv. Quantumq; aliquis sit pessimæ famæ, non potest ei denegari defensio, copia inditiorum
47 & terminus competens: posset enim probare contrarium, & ponam similiter, nec excom-
46 municato denegantur, quia, nec diabolo, si
50 esset in iudicio, auferentur defensiones.

xvi. Denegandæ non sunt reo defensiones, etiā quod iudex timeat de subornatione testium
68 examinandorum ad ipsius rei defensiones, vel
70 quia esset potens opibus, vel amicis: Si vero agitur de reo contra Principem, modus tantum restringitur, ut dictum est sup. decis. 16. sed copia non denegatur.

xvii. Etiam quod iudex procedat ex officio, & per inquisitionem, nullo modo reus debet esse indefensus, & indiciorum habebit copiam.

xviii. Pro communi, & vera sententia teneas Iudicem debere dare defensiones reo, siue
99 petat, siue non, aut sit Doctor nobilis, & sagax, siue rusticus, mulier, idiota, & cuiuscunque conditionis. Hoc idem seruatur in

102 crimine blasphemiæ penes Doctores; & peritiores iudices: etiam in delicto sodomiæ, in quo forsan aliquid probabitur, quo effugietur pœna saltem ordinaria.

xix. Si iudex defensiones denegat, reus potest appellare ab ipsis denegatis, & ipse iudex te-
72. 73. netur in syndicatu.

xx. Non tenetur reus dicere Iudici, quales defensiones velit facere, seu interrogetur, siue
74. 79. non ab illo, nec exprimi causa debet.

xxi. Reus potest se defendere quocunque tempore, ac termino illi per Iudicem assignato,
81 ac etiamsi non fuerit assignatus, et in qualibet iudicii parte, & post testium probationem, et conclusionem in causa datam ex Iu-
82 dicis officio, et non ad instantiam partis; item quod directè, et immediatè, et sic euidenter probatur innocentia rei condemnati, puta per probationem negatiuè seu alio modo, aliter secus.

xxij. Denegatis defensionibus, si reus fuerit tortus, et confessus, confessio non valet, nec
84 etiam valent omnia inde ex tali processu sequuta: Imo Auenioni aliquando absolutus fuit reus à confessatis criminibus, etiam quod de illorum corpore constaret; et quod talis confessio esset adminiculata duorum aliorum sociorum criminibus, et hoc fuit, quia denegatæ reo fuerunt defensiones.

xxiij. Si delinquentes sint plures, quorũ vnus sit

carce-

carceratus, alii verò aufugerint, ipsi reo non
155 dantur copiæ indiciorum, nec publicatur
processus; nisi prius ipsis contumacibus con-
demnatis. Et hæc est practica, quidquid sit de
iure.

xxiv. Indiciorum copia non datur nisi publi-
cato processu, nec reo nec accusatori, etiam si
154 peteret pro interesse Fisci, nisi ex magna
causa in atrocioribus, in quibus est difficile
aliter habere indicia: ostenduntur enim accu-
satori examina reorum, vt sciat melius submi-
nistrare indicia.

xxv. In copia indiciorum sunt publicanda no-
mina testium examinatorum ad hoc, vt reus
85 possit contra eos exceptiones dare. Et hoc
87 procedit, etiam si reus sit potens, & timeatur
de periculo contra testes. In crimine tamen
88 hæresis non dantur testium nomina, nec cir-
cunstantiæ, ex quibus deuenire quis possit in
cognitione examinatorum. Et hoc est practi-
ca communis, & præceptum Vrbis. Et ego,
qui sum Inquisitor Vicentiæ, iam per sexen-
nium hæc obseruare studeo iussus.

xxv. Expensis rei dātur indiciorum copiæ ipsi-
met. Verum si sit adeo pauper, vt non possit
150 copias eas habere, debēt ei per Iudicem gra-
tis dari.

xxvi. Dum aliquis est insignis facinorosus; si-
cut potest ipse suis defensionibus renunciare,
107 ita possunt ei denegari; sed aduerte, quod
in

109 in hoc non operatur atrocitas delicti, quia etiam in atrocissimis dicimus dari defensiones, sed bene operatur notorietas delicti, & cum res illius redacta sit ad notorium. Et scias, quod ad hoc quod aliquis dicatur latro famosus, non sufficit, quod per testes sit probatum esse talem, sed oportet, vt constet de illius delictis in specie.

xxvij. Vbi certum est reo nullam competere defensionem. Vel vbi certum est pdti defen-
106 sionem per calumniam, & ad protrahendam in longum condemnationem, tunc iudex potest de iure denegare defensiones, tanquam calumniose petitas. Quando autem petantur calumniose, dicas, quod solum in casibus in iure expressis, vt est in flagranti, & notoriis, sed ex iure impressis non denegabis defensiones vllo modo, cuicunque sit.

xxviij. Reus non potest suis defensionibus renunciare, & si renunciat, renunciatio nulla
53 est. Et ista locum habent nedum in enormi-
54 bus, & generaliter, sed etiam quod renunciatio sit iuramento vallata. Et etiam quod
55 reus adiungat causam: dicens certo se scire,
56 quod nulla sibi competit defensio. Si tamen
57 constaret notoriè, & dixi notoriè, nullas in rei
58 veritate reum habere defensiones, & hoc illi manifestum esse, & non foret indictus à iudice, tunc vtique bene valet renunciatio.

xxix. Renunciare poterit suis defensionibus

reus

reus quando repertus est in flagranti crimine.
61.62 Reus iam confessus, insignis, & publicus
63 latro, Assasinus, qui est publicus hostis, qui pro tali sit cognitus; Et quando sumus in pęnis capitalibus, seu corporalibus, secus non corporalibus, & pecuniariis, in quibus non est
64 prohibitum suis renunciare defensionibus, & quando sunt defensiones introductæ à statutis, vel sunt de apicibus iuris.

De repetitione torturæ.

xxx. In repetitione, seu continuatione torturę denegantur defensiones tanquam calumniosè
160 petitæ, quia non est noua tortura, sed continuatio primæ. Et hoc est verum, si reus antea copiam habuerit indiciorum, & terminum ad se defendendum, quod vel non recepit, vel si recepit, aut nihil pro sui defensione deduxit, vel si deduxit, non tamen purgauit contra ipsum laborantia.

xxxi. Si tamen reus ante repetitionem torturæ aliquid allegaret pro sua innocentia detegen-
161 da, vt imputatus de homicidio diceret: Non repetatis torturam, quia volo probare, quod is, qui occisus pretenditur, nunc viuit, aut quid simile, iudex debet supersedere, etiam si reum condemnasset, & multo magis tenetur supersedere à tortura, donec videat, an verificetur, quod promisit de nouo allegare.

xxxij. Si Iudex processit ad torturam ex processu

cessu informatiuo, & ipso non petente copias
162 indiciorum; tunc si ante repetitionem torturæ reus petierit copias ante non petitas, non possunt ei vllo pacto denegari. Sed si non ex processu informatiuo, sed ex legitimo, & publicato processu, ac ex testibus, vel parte citata repetitis, vel ad eius faciem cōfutatis, potest Iudex adhuc reo petente copias inditiorum, deuenire ad aliam torturam, non obstante quod tales copias petat ante repetitionem, quia non sumus in noua tortura, vt dictum est, & sibi imputet reus quare ante torturam copias non petierit.

xxxiv. Si vigore alicuius priuilegii, vt facit magna Curia Vicariæ sua præeminentia torquet
164 reum, ex suo processu informatiuo denegata copia inditiorum, in dubio adhuc est, an possit deueniri ad torturæ repetitionem eadem copia denegata. Vide Flam. Cart. in sua pract. interr. reo. lib. 4. Vbi vtraque pars defenditur.

xxxv. Quando tortura esset denuo infligenda non ex antiquis, sed ex nouis inditiis, sine du-
166 bio dandum est copia inditiorum nouorum ante. Et hæc non est continuatio torturæ, sed noua tortura,

xxxvi. Si reus tortus, & confessus non vult ratificare suam confessionem, allegans illius erro-
166 rem, & offerens se talem errorem probaturum, antequam Iudex eum repetat in tormentis,

tis, debet eum ponere ad largam cum termino de allegato suæ confessionis errore.

De defensionibus dandis, vel non dandis testibus.

xxxvi. Testis quando conuincitur ex suo proprio dicto, seu confessione, aduersus quam
148 probabiliter nihil deducere potest, quod non sit varius, sed mendax, constat ex propria confessione, quod, & fuit præsens delicto, & tamen recusat dicere veritatem, seu est varius in ea dicenda, vel ex aliis præsumptionibus probabilibus ex eiusdem testis confessione profluentibus apparet, quod est verisimiliter informatus, siue petat, siue non, defensiones non sunt ei dandæ, ante torturam.

xxxvii. Si constat de mendacio testis, per alios testes, qui dicunt ipsum fuisse præsentem de-
148 licto, non debent huic testi denegari defensiones, quibus forsan probabit eos esse falsos, vel inimicos, vel alias de iure inhabiles.

xxxviii. In his contra aliquos Doct. noli attendere timorem subornationis, quia si talis ti-
147 mor attenderetur, nunquam reo darentur defensiones, quia semper potest dubitari, vt reus possit à suis aduocatis instrui, & tamen eas debere dari: iura sunt certissima tum in reo, tum in teste.

xxxix. Testis, quando torquetur vti varius, vacillans, mendax, seu recusans dicere verita-

tem,

149 tem, vt supra dictum est, cum eo proceda-
150 tur; sed si tanquam seruus, criminosus, seu aliàs infamis, vel socius criminis esset torquendus, si de tali qualitate constat ex eius propria confeßione, vel alias notoriè, non est audiendus in suis defensionibus. Si verò non constat, vel suo proprio dicto, vel notoriè, prius est disputandum, an talis sit.

Et hæc est practica per orbem quidquid sit de iure.

xl. Si quis erit testis simpliciter, & non inquiritur de delicto, non est necesse, vt habeat de-
150 fensiones. Secus si esset testis quo ad alios & principalis quoad se, quia tunc non potest ei denegari copia indiciorum.

xli. Si summariè proceditur, vt in furto facto in aliquo hospitio, dum pro eo inueniendo torquentur familiares hospitis, tamen dandæ sunt eis defensiones ad probandum bonam famam, & ad se defendendum.

QVAEST. XL. DECIS.

Tortura est remedium subsidiarium, & ideo reo conuicto, dari non debet. Sed quid si detur? An per eam purgentur indicia, & plenæ probationes.

1 TOrturæ tanta est vis, vt in eam persistens negando, vel non persistens fatendo, quidquid dixerit, præsumitur dixisse veritatem, & purgasse indicia ante torturam contra

eum

8 eum laborantia; vrgentia, vel indubitata, et
etiam plenas probationes.
ij. Qui erit conuictus de crimine, non debet
torqueri: quod si torquebitur, et tortus in tor-
6 tura perstiterit, ipse reus erit absoluendus
8 quoad pœnam ordinariam, secus quoad ex-
traordinariam, vt exilii, vel triremium quoad
tempus, vel perpetuum, si contra eum sta-
11 bant vrgentissima, & indubitata indicia. Si
vero reus non est conuictus plenis probationi-
13 bus, sed tantummodo grauatus indiciis vr-
14 gentibus, & etiam indubitatis, vel præsum-
ptionibus, ac coniecturis euidētibus, & violen-
15 tis, hac pœna extraordinaria non punietur,
quia ex dictis indiciis, etiam quod tortus non
fuerit, non condemnaretur, nisi illa pœna, et
tortura non debet ei aliquid prodesse.
iij. Ea tortura non absoluitur reus, quando in-
fligitur non super delicto, de quo est conui-
16 ctus; seu confessus, sed pro habenda vlteriori
17 veritate, vel qualitatibus aggrauantibus, vel
sociis, complicibus, & participibus quomocun-
18 que, iuxta facti contingentiam.
iv. Quando datur hæc tortura, debet præmitti
protestatio, quod non est torquendus super
19 principali delicto, & super iis, de quibus est
conuictus, vel confessus, sed pro vlteriori ve-
ritate, vel pro habendis, &c. vt dictum est.
Et hæc protestatio saluat Fisco ius suum, vt
possit eum ordinaria pœna condemnare.

Illa

v. Illa proteſtatio non iuuaret indici, ſi reus
interrogaretur ſuper delicto principali, vel de
20 quibus eſt conuictus, vel de illorum annexis
21 aggrauantibus, ſiue Iudex ore tenus interro-
22 get, ſeu in ſcriptis, & etiam quod per exten-
23 ſum Notarius non ſcribat interrogationem.
vi. Si reus eſt conuictus, vel confeſſus de prin-
cipali, torqueatur de aliis, vt ſupra; ſecus ſi
28 non eſſet confeſſus, vel conuictus.
vij. Ad habendam veritatem qualitatum, &
complicum tortura debet eſſe moderata, nec
27 vltra mediam horam, & in bannito capitali-
ter. Quod ſi erit immoderata, & reus per-
ſtiterit in negatiua, ei proderit in punitione
delicti principalis.
26 Prædicta omnia intellige, ſi adſunt legitima
indicia ad interrogandum reum de ſociis, &
aliis qualitatibus.

QVAEST. XXXI. DECIS.

Tortura quibus perſonis poſſit inferri, & quibus non.

j. Omnibus perſonis tortura inferri poteſt,
1 niſi expreſsè à iure probitæ reperiantur,
2 Clericus poteſt torqueri, ſi præcedit in ge-
nere infamia, & ſi præcedunt grauiora, & vr-
9 gentiora indicia, quam ea, quæ à iure requi
runtur in tortura laicorum, qui ob clericatum
ſpecialem habet in ſe bonitatis præſumptio-
nem non habitam à laicis. Imo in omni deli-

cto

cto clerici sunt fauorabiliores, quam laici, & saepe indicia, per quae conuincuntur laici, nihil operantur contra clericos.

iij. Tortura, quae dabitur clerico, debet esse moderata, & leuior ea, quae laicis infertur, &
11 cum pietate, & religione, & sine rigore de-
13 bet torqueri. Hoc dixerim in comparatione laici, & extra enormia delicta; quia vbi delictum est grauius, grauior tortura inferenda est, & aliquando delicta clericorum sunt grauiora, quam delicta laicorum.

iv. Etsi de iure clerici torqueri non possint à ministris laicis etiam de mandato Episcopi, ni-
14 si quando eum ligant, vt in assassinio, & cle-
15 ricis tortibus debetur, tamen practica, & communis obseruantia est in contrarium.

v. Minor quatuordecim annorum non torquetur, nec etiam ligatur, quando ligatura
16 est multum stricta, haec enim aequiparatur tor-
17 turae. Hic autem potest terreri, ferula caedi, & alio tormento leuiori, vt sibillorum affligi.

vi. Si statutum habilitaret minorem quatuordecim annorum ad testificandum, tunc etiam
27 torqueri poterit ferula, habena, & leuiori alio
23 tormento, non autem fune.

vij. Si quis esset maior quatuordecim annorum, & minor viginti, potest non solum terreri, sed etiam torqueri, leuiter attamen & secundum qualitatem personae.

viij. Si esset minor quatuordecim, & maior

ſeptem, tunc nullatenus nec torqueri, nec ter-
20 reri poteſt quomodocunque.

ix. Senex decrepitus, id eſt annorum 70. non
torquetur vllo modo: minor vero his annis,
24 vtique dummodo non ſit debilis complexio-
nis, valetudinarius, & imbecillis, vt multi
25 ann. 60.ſunt, ac ſi decrepitus; vnde videat iu-
27 dex ſuo arbitrio, quid agendum.

x. 29 Decrepitus poteſt terreri, non tamen,
nec etiam leuiter torqueri.

xi. Milites priuati, id eſt, qui hodie ſub vno
Capitaneo, & cras ſub alio militant, non ſunt
30 exempti à tortura. Milites vero primarij, vt
equites, & Capitanei de iure non torquentur:
33 tamen practica oppoſitum tenet, & indiffe-
45 renter omnes torquentur.

xij. Doctores ſunt exempti, actu legentes, ad-
uocantes, & etiam depoſiti actu legendi, &
37 aduocandi. Similiter Doctor imperitus, &
40 quicunque ſit, ne Doctoratus dignitati iniu-
41 ria fiat, debet eſſe immunis. Hanc deciſ.in-
42 tellige de iure, & ſecundum omnes Doctores,
ſecundum vero conſuetudinem, & de facto
54 contrarium ſeruatur. Vnde ſiue talis conſue-
56 tudo valeat, ſiue non, Doctores indiſtinctè
torquentur, dummodo legitima præcedant
48 indicia, quæ debent eſſe vrgentiora, & gra-
47 uiora, quam in aliis non Doctoribus, cum
habeat pro ſe præſumptionem iuris.

xiij. De iure non poſſunt torqueri decuriones
ciui-

ciuitatum, eorumque filii, Nepotes, nec paren-
57.58 tes. Et etiam qui olim fuerunt, & hodie
non sunt Decuriones, quiq; infames non exti-
60.72. terunt, nec falsũ crimen commiserunt, &
66 nisi in officio, vel ante Decurionatum tum
deliquerunt.

xiv. De facto vero, & praxi Decuriones, Antiani, Priores, & Consiliarij ciuitatum quoti-
69 die, & indistinctè capiuntur, & torquentur,
69 non solum finito officio, sed etiam eo durante, si delicti qualitas id patiatur.

xv. Qui in aliqua magna dignitate sunt positi, vnde dicantur Illustriss. aut Clariss. non tor-
70 quentur, neque vt rei, neque vt testes. Illa ta-
72 mẽ dignitas debet reddere hominem Clariss.

xvi. Existens in aliquo magno, & eminenti Magistratu, vt Rectores ciuitatum, & officiales
73 Principum durante eo Magistratu à tortura excusatur.

xvij. Generaliter personæ nobiles nõ torquentur de iure, quæ verè nobiles sunt, tamẽ hodie pra-
74.75 xis in contrariũ. Requiruntur in eis indi-
77 cia grauiora iis, quæ conueniunt non nobilib.

viij. Mulier grauida ex coitu licito, vel illicito, etiam quod esset grauida decem, vel viginti
80.83 dierum tantum, est libera à tortura, imò
84 & à territione ob periculum partus.

xix. 89 Etiam non torquebitur post partum per quadraginta dies.

xx. Idem est dicendum de muliere lactante, si

tamen alia nutrix non reperiretur, quæ lactare
80 posset infantem.

xxi. Si mulier dixerit se esse grauidam, standum
85 est arbitrio Medicorum, & Obstetricum.

xxii. Qui Reipublicæ vtilis est, non torquetur,
si dubitatur, quod eo tormento redderetur in-
88 habilis, & debilitaretur aliquo membro.

xxiij. Surdus, & mutus, Episcopus etiam si ha-
beret contra se vrgentissima indicia; infirmus,
89. 92. vel aliquo membro debilitatus arbitrio
Medici iurantis. Seruus contra Dominum
suum, nisi in quibusdam casibus, de quibus
94 Criminalistæ alii, non torquetur.

xxiv. Si aliquis torqueatur, qui non debet tor-
95 queri, & fateatur, confessio, etiam quod sit ra-
96 tificata, non valet. Et iudex sic torquens de-
98 bet puniri arbitrariè, iuxta facti, & persona-
rum qualitatem. Et torquendus impunè ei re-
sistere potest, ne torqueatur.

xxv. In criminibus exceptis, vt læsæ Maiestatis
diuinæ, & humanæ, homicidii contra magnam
100 personam, ingentis assassinij, priuati carce-
101 ris, falsi priuilegii, vel ratione personæ, vel
dignitatum absque vlla prærogatiua possunt
torqueri.

xxvi. Minor 14. annorũ, et omnes alij, qui de iu-
re non possunt torqueri, vt decrepiti, etc. in cri-
102 mine læsæ Maiestatis, hæresis, et his similibus
103 delictis possunt torqueri, nisi esset pericu-
lum, quod mors sequatur; in quo casu standũ
est

est iudicio peritorum. Hæc tortura sit moderata, vel terreantur, vel ferula cędantur, si hæ personæ prohibitæ sunt torqueri, non sunt tamen prohibitæ terreri.

xxvij. Territio verbalis fit cum omnibus personis, etiam quod non possint torqueri. Ter-
106 ritio realis, quæ fit exspoliatione, ligatione,
107 conductione ad locū torturæ, & funi applicatione, fieri potest personis exceptis ob corporis debilitatem, vt est decrepitus, vel minor, dummodo non eleuentur.

xxviij. Persona excepta beneficio alterius, vt est mulier prægnans, vel priuilegio perso-
108 næ, aut dignitatis, vt sunt positi in aliqua
109 dignitate, cum sit eadem dignitatis ratio in territione reali, quæ in ipsa tortura, sicut non possunt torqueri, ita nec realiter terreri.

xxix. Omnes personæ, quæ nō possunt torqueri de iure, poterunt torqueri Principe consul-
110 to, vel mandante.

xxx. Reus, qui de iure torqueri non potest, si habet cōtra se legitima indicia ad torquen-
111 dum, poterit ratione dictorum indiciorum in aliquam pœnam extraordinariam, vt puta pecuniariam, vel exilij condemnari.

QVAEST. XLII. DECIS.

Tortura in qua causa possit inferri! & in qua non.

1 IN omnibus causis criminalibus, & in omnibus criminib. in quibus à iure contrariū

expresse prohibitum non reperitur, si præce-
2 dant legitima indicia, & veritas aliter haberi non potest, inferri potest tortura. Et loquor de causis, in quibus de iure imponenda est pœna corporalis.

ij. In leuibus delictis, non atrocibus, nec capitalibus, in quibus etiam quod legitima præce-
6 dant indicia, minime torturæ locus est. Vt est
7 furtum paruæ rei, duorum, aut, trium ducatorum, armorum delatio, ire de nocte sine lumine, verbalis iniuria, capillis quempiam conuellere, & conijcere lapides in aliquem.

iij. Vbi pro delicto imponenda venit pœna pecuniaria, non est locus quæstioni. Similiter
9 vbi agitur de pœna exilij tantum, & in illo delicto, in quo non agebatut de pœna vitæ, aut membri mutilatione, aut absciſſione.

iv. Pœna libelli famosi, si iniuriatus infamatur de delicto, de quo non esset plectendus cor-
11 poraliter, sed pecunialiter, reus non est tor-
12 quendus.

v. In causa ciuili, & pecuniaria rei non torquetur, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter con-
26 tra hominem liberũ, secus in seruo, qui potest
29 torqueri, si veritas aliter haberi non potest.

vi. Quando de crimine tractatur, licet ciuiliter, vt puta quando de falso ciuiliter agitur, non deuenitur ad torturam, & hæc est verior opinio, & communis practica.

vii. Quando causa ciuilis, & pecuniaria habet cri-

crimen annexum , quæstioni locus erit, & si
33 agatur criminaliter, & non ciuiliter, & si illud
34 crimen annexum sit tale, vt in eo de sui natura possit reus torqueri. Et his duobus non extantibus secus erit.

viij. Proceditur ad torturam contra Mercato-
25 res fallitos, vt indicent pecunias ipsis datas, quas denegant habere; & dicunt perdidisse; qui cum sint ad mentiendum faciles, stat contra eos mala præsumptio. Et hoc intellige, si
38 agitur criminaliter, videlicet quoad restitu-
39 tionem vsurarum, & ad pœnam; secus, si ciuiliter tantum, ad restitutionem vsurarum.

ix. Causa pecuniaria, in qua agitur de rebus Fisci occultatis, vel asportatis, dat locum quæ-
40 stioni, dummodo agatur criminaliter, & in-
41 quisitus sit malæ famæ, & adsint legitima indicia; alias secus. In personis vero non infamibus, vt sunt vxores bonæ vitæ, statur earum iuramento.

x. Pro interesse ciuili deuenitur ad torturam contra eum, qni crimiminaliter molestari non
43 potest pro delicto, de quo fuit vel aggratiatus à Principe, vel composuit cum Fisco, & Præside.

FINIS.

INDEX

LOCVPLETISSIMVS Rerum iuxta, & Verborum notabilium in hoc tractatu contentarum.

Nunc primum ordine Alphabetico in studiosorum gratiam elaboratus, & ritè contextus.

A

Actua-

Ar-

B

Ban-

Et

Captu-

Præ-

Epi-

F

ctum

I

Inter-

L

Legi-

Me-

Moni-

Om-

pro

Qua-

Q

R

Reus

de

S

Sae-

Teſtes

Tor-

V

FINIS.

